



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

Liber XXXV.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)



# HISTORIA ECCLESIASTICA.

## LIBER XXXV.



GREGORIUS I. MAGNUS. PAPA.  
MAURITIUS IMPERATOR. AUTHARIS REX.

§. I.

*S. Gregorius Papa.*

**P**elagio II. Papa fati functo, cum Ec-  
clesia sine Pastore esse non posset,  
Clerici, Senatus Populusque Roma-  
nus unanimi consensu Episcopum elege-  
runt Diaconum, S. Gregorium, ex omni-  
bus viribus repugnantem; obtendebat  
enim, se summo in Ecclesia gradu esse in-  
dignum, timebatque, ne sub Regimi-  
nis Ecclesiastici suscipiendi specie ad hu-  
jus Mundi pompam & tumultum, quem  
reliquerat, revocaretur. Tandem quia  
Electionem prohibere non poterat, simu-  
lavit,

Sæculum VI.  
A. C. 590.

*Greg. Tur.*  
*L. X. c. I.*  
*Jo. Diac.*  
*l. I. c. 39.*

S 5

lavit,

Sæculum VI. lavit, se cum tempore consensurum; tunc  
 A.C. 590. confidens in amicitia Imperatoris Mauri-  
 ritii, cujus prolem masculam e fonte  
 Baptismi levaverat, datis clam ad eum  
 litteris, obtestatus est, ne Electionem  
 approbaret. At Germanus Romanæ ur-  
 bis Præfectus Gregorii tabellarium, mi-  
 sero altero, in via occupari, epistolas, quas  
 habebat, aperiri, simulque Electionis  
 Decretum ad Imperatorem deferri ius-  
 sit. Mauritius Gratias Deo agens, quod o-  
 ptatissima sibi offerretur occasio summam  
 Dignitatem Diacono Gregorio confere-  
 di, datis litteris eum consecrari man-  
 davit.

Interim funesta contagio Romæ atro-  
 citer grassabatur, dumque Imperatoris  
 Responsum Constantinopoli afferendum  
 expectatur, S. Gregorius pronunciat  
 sermone ad Populum hæc elocutus est:  
*Saltem, Fratres mei! Dei punientis mi-*  
*num timeamus, quando percutimur, cum*  
*antea ejus iram prævertere noluerimus.*  
*Cernitis, totum populum vindictæ Divi-*  
*næ gladio cadere. Morbum hominis non*  
*expectat truculenta mors, & peccatorem*  
*priusquam de pœnitentia cogitet, rapit.*  
*Perpendite, quam terribile sit coram Di-*  
*vino Judice sisti imparatum! non aliqua*  
*tantum incolarum pars occumbit, sed se-*  
*mul omnes perimus, vacuæ supersunt do-*  
*mus, in oculis parentum liberi efflant ani-*  
*mas.*

*mam. Ergo peccata nostra ad examen vo-* Sæculum VI.  
*cemus, & lacrymis expiemus. Nemo cri-* A.C. 590.  
*minum suorum enormitate perterrefactus*  
*desperet; Ninivita peccata sua pœniten-*  
*tia triduana, & latro in hora mortis suæ*  
*deleverunt. Dum Deus Optimus præci-*  
*pit, ut invocemus eum, nunquid non sa-*  
*tis indicat, quod nos exauditurus sit?*

In fine hujus orationis S. Gregorius indicit Lytaniam, seu Supplicationem publicam ita ordinatam, ut septem hominum catervæ, quamprimum illuxisset Dies proxima Mercurii, ex diversis Ecclesiis procederent, & deinde ad S. Mariam Majorem convenirent. In primo Lytaniæ Mâ-  
 agmine Clerici, secundo Abbates cum jores.  
 suis Monachis, tertio Abbatissæ cum suis  
 Monialibus, quarto infantes, quinto Vi-  
 ri laici, sexto viduæ, septimo conjuga-  
 tæ processerunt, & quamlibet cohortem  
 illius Regionis Presbyteri ducebant. Ex  
 hac Supplicatione omnium ordinum Ly-  
 taniæ, in Festo S. Marci recitari solitæ,  
 quæ Majores dicuntur, originem traxisse  
 creduntur. Ceterum in ista Compre-  
 catione unius horæ spatio Romanorum  
 præsentium octoginta extincti sunt. In-  
 terim S. Gregorius populum exhortari,  
 & Deum exorare non destitit, donec  
 lues cessasset.

Comperto, quod jubente Germano Jo. Diac.  
 Præfecto epistolæ suæ interceptæ fuissent, c. 44.

ut

Æculum VI. ut anteverteret Imperatoris Responsum  
A. C. 590. quod votis suis contrarium fore augura-  
 batur, fugere statuit, cumque Romæ  
 portis, ubi excubiæ ipsius causa posita  
 fuerant, aperte excedere non posset,  
 sumto alieno vestitu manticæ vimineæ  
*Paul. Diac. vita. n. II.* inclusus ex Urbe ablatu-  
 s. Tum in sylvis & speluncis triduo delituit, Ro-  
 manis interea jejunio & oratione conti-  
 nua Superos fatigantibus. Tandem Ce-  
 lo indice inventus comprehenditur &  
 Romam reducitur. Igitur in Ecclesia S.  
*Greg. I. ep. 20. & IV. ep. 4.* Petri tertia Sept. anno 590. sub initium  
 Indictionis nonæ solemniter Ritu conse-  
 cratur. Sedem Apostolicam  
*Mart. Rom. 3. Sept.* tenuit annis tredecim.

## §. II.

## S. Gregorii questus.

*Lib. I. ep. 3.* Amicis omnibus Pontificiam Dignita-  
 tem S. Gregorio gratulantibus ipse  
 in amarus questus effundebatur. Ad Pau-  
 lum Scholasticum, qui tunc Præturam  
 Sicilia dimissurus erat, hac de re loqui-  
 tur in hunc modum: *non multum curo,  
 quod Exteri mihi honorem Sacerdotii gra-  
 tulentur, sed non parum affligor, quod  
 illi, quibus sicut tibi studia mea perspecta  
 sunt, credant, me sublimi sorte aliqua-  
 tenus juvari. Nihil mihi utilius fuisset,  
 quam exoptatam quietem obtinere. Item  
 ad Joannem Patriarcham Constantino-  
 polita-*

politanum scribens dicit : scio, quanto Sæculum VI.  
 animi ardore onus Episcopale fugeris ; at- A. C 590.  
 tamen nihil movisti, ne illud humeris meis Epist. 4.  
 imponeretur. Ergo me non amas sicut te  
 ipsum secundum Regulam Charitatis. Ite-  
 rum ad Theoctistam Imperatoris sororem : Epist. 5.  
 sub prætextu suscipiendi Episcopatum in  
 procellosum Sæculi pelagus me denuo ex-  
 pulistis. Pluribus nunc negotiis circa tem-  
 poralia obruor, quam olim laicus. Tran-  
 quillæ quietis gaudia amisi, & externe  
 in oculis hominum exaltatus, interne ce-  
 cidi. Singulis diebus conabar memet hu-  
 jus Mundi oceano eripere, & carnis insi-  
 dias superare ; conabar, omnes rerum sen-  
 sibilium species delere, ut gaudia Cælestia  
 mente conspicerem. Dicebam ex intimo  
 cordis affectu, DOMINE ! QUÆRO Epist. 6.  
 VULTUM TUUM. Eorum, quæ hu-  
 jus Mundi sunt, nihil timens, nihil spe-  
 rans, terrenis omnibus major mihi met-  
 ipsi videbar. Nunc vero me subita tem-  
 pestas in maxima coniecit pericula ; quam-  
 vis enim mihi non timeam, tamen solli-  
 citudine Fidelium, quorum cura mihi com-  
 missa est, plurimum angor. Undique me  
 pulsant fluctus, dumque rebus externis  
 compositis ad me ipsum redire volo, va-  
 narum cogitationum tumultu impedi-  
 or, & animi quietem non invenio. Tum in-  
 ferius : Si in multis erro, si desidiosus  
 sum, culpam Imperator in se recipiat ;

CUT

Sæculum VI. *cur enim Ministerium summe arduum vi-*  
A. C. 590. *ro tenui commisit? Rursus ad Narsetem*

- Patricium ait: *tanta mæstitia premor, ut  
 vix eloqui valeam. Tenebræ involvunt  
 mentem, non nisi tristitia obversantur, &  
 quæcunque cæteris oblectamento esse solent,  
 me torquent cogitantem, quod suavissimæ  
 solitudinis solatio priver, & ad invisum  
 negotiorum strepitum, procul a facie Do-*  
**Ep. 7.** *mini damnatus sim. Ad Anastasium Pa-*  
*triarcham Antiochenum dicit: Tu vero,*  
*qui me amore spirituali complectebaris,*  
*jam mihi videris non nisi amore carnali*  
*me prosequi, dum onus imponis, quod in*  
*terram deprimit, & animum ad Cælestia*  
*elevare non amplius permittit. Dum au-*  
*tem me Praconem & Lucernam Domini*  
*appellas, dum dicis, me jam multorum*  
*Salutem curare posse, crescit mea iniqui-*  
**Ep. 29.** *tas, quod, cum castigari merear, im-*  
*dari sustineam. Ad Andream virum ex*  
*ordine Illustrium: ubi me ordinatum fuisse*  
*Episcopum audieris, si me amas, lacry-*  
*mas fundes; tot enim temporalia negotia*  
*hic peragenda sunt, ut me nova hæc Di-*  
*gnitas tantum non ab amore Dei separet.*  
**Ep. 30.** *Rursus ad Joannem Patricium, qui, ut*  
*eligeretur, non nihil contulerat, iustas*  
*contra amicitiam tuam querelas habeo,*  
*quod mihi quietem, quam unice a me qua-*  
*ri sciebas, rapueris. Deus tibi vitam*  
*æternam pro bona intentione retribuat,*

me vero ex tot periculis modo, quo vo-  
luerit, liberet. Factum, quod peccata  
mea merebantur, ut potius Longobardo-  
rum quam Romanorum Episcopus sim. Huc  
me tua Benevolentia perduxit.

§. III.

*S. Gregorii Liber Pastoralis.*

Cum Joannes Episcopus Ravennatensis Paul. vit. n.  
S. Gregorium ex amicitia & mode- 12. Greg.  
stia legibus reprehendisset, quod ad evi- Præf. in Past.  
tandum Episcopatum se occultasset, vir  
ad eum gerendum maxime idoneus; is  
exinde occasionem arripuit sub hac Pon-  
tificatus sui exordia Librum scribendi de  
Officiis Episcoporum. Hic Liber est de  
Cura Pastoralis, in universa deinde Ec-  
clesia celeberrimus, in quo S. Gregorius  
excusare intendit, quod Episcopatum re-  
fugerit, dum explicat, quid ipse de Pa-  
pali Munere maxime arduo sentiat. Opus  
in quatuor Partes dividitur, quarum  
prima agit de Vocatione ad Episcopatum.  
Qui ad sublimem Dignitatem vocatur,  
probet se, quibus animi dispositionibus  
illam suscipiat. An Scientia, Virtute,  
Fortitudine, Constantia, Industria præ-  
ditus sit, an exemptus sit ab omnibus vi-  
tiis, per corporis nævos figuratis, qui Levit. 21. 17.  
hominem secundum veterem Legem a  
Functionibus Sacerdotii excludebant. In  
secunda Parte ostenditur, qua ratione  
Pastor



**Sæculum VI.** Pastor legitime vocatus Munus, quod  
A. C. 590. non ambivit, impleat, quanto fervore

orare, populum erudire, & inopibus  
 opitulari, teneatur, quanta humilitate  
 zelo, & discretione virum esse oporteat.

In tertia Parte S. Gregorius varia docu-  
 menta pro diversitate Fidelium, scilicet  
 sexus, ætatis, conditionis proponit,  
 docetque, ad uniuscujusque ingenitam  
 propensionem, atque affectus invetera-  
 tos vel instabiles & facile mobiles esse  
 attendendum. De his omnibus sigilla-  
 tim differit. In quarta Parte paucis de-  
 monstrat, quam necessarium sit, ut Pa-  
 stor frequentissime in propriæ vitæ ratio-  
 nem animum reflectat, se ipsum emen-  
 det, & in virtute humilitatis contineat.

*Epist. 22.* Tractatus iste jam ex illo tempore in tan-  
 to pretio fuit, ut Imperator Mauritius  
 unum Exemplar ab Anatolio Diacono,  
 qui Ecclesiæ Romanæ Causas Constanti-  
 nopoli curabat, sibi tradi expoposcerit,  
 & Anastasius Patriarcha Antiochenus  
 eundem ad usum Ecclesiarum Orientis  
 in Græcum sermonem transtulerit.

§. IV.

*S. Radegundis Obitus.*

*Greg. Tur. X. hist. c. I.* Diaconus aliquis Gregorii Turonensis  
 illo tempore, quo Pelagius Papa ob-  
 dormivit, Romæ præsens & Ordinatio-  
 nis S. Gregorii testis, ad Episcopum suum  
 rever-

reversus eidem illius Electionis singula-  
 ria adjuncta narravit, & Reliquias, quas  
 ipsi S. Gregorius adhuc Diaconus dede-  
 rat, retulit. Is Turonem pervenit eo-  
 dem anno 590. Regnantis Childeberti  
 decimo quinto, tunc cum Episcopus Gre-  
 gorius cum pluribus aliis Collegis grave  
 scandalum in Monasterio S. Crucis Picta-  
 vii exortum tollere adlaboraret. S. Ra-  
 degundis Monasterii hujus Fudatrix il-  
 lud omnium Episcoporum Patrocinio  
 commendaverat, data Epistola, in qua  
 dicit; se Regis Clotarii largitate adju-  
 tam hoc Monasterium sub Regula S. Cæ-  
 sarii Arelatensis fundasse, & in eo cum  
 consensu Episcoporum Agnetem Abba-  
 tissam, cui Benedictionem S. Germanus  
 impertitus fuisset, constituisse. Tum  
 rogat Episcopos, ne unquam Regulam  
 violari, aut Bona Monasterii dilapidari  
 permetterent. Principes quoque obte-  
 statur, ut Monasterium in potentem  
 suam Tutelam reciperent. Hæc Episto-  
 la tanquam S. Radegundis Testamentum  
 haberi potest, quo condito Die Mercu-  
 rii, 13. Aug. anno Regis Childeberti 12.  
 seu Christi 587. obdormivit in Domino.  
 Eadem die Ecclesia Sanctæ Fœminæ me-  
 moriam colit.

S. Radegundem tertio post obitum  
 die Gregorius Turonensis Sepulturæ de-  
 dit; nam accepto ejus mortis nuncio  
 Hist. Eccles. Tom. VIII. T Picta-

Sæculum VI.  
 A. C. 590.

Greg. IX.  
 hist. I. 2.

Baudon. n.  
 16. tom. I.  
 Act. SS.  
 Ben. p. 333.

Mart. Rom.  
 13. Aug.

Sæculum VI.

A. C. 590.

*de Glor.*

Con. c. 106.

Pictavium delatus in feretro positum invenit, Monialibus ipsius numero ferentibus funus circumstantibus, quas inter non tantum Senatorum filia, sed etiam Virgines Regio stemmate natae recensebantur. His igitur lamentantibus Gregorius ad Abbatissam conversus dixit: *Cobibete fletum, & curate ea, quae necessaria sunt. Frater noster Merovechus procul hinc abest, Diocesim suam visitans. Vos vero Corpus istud, dum adhuc integrum est, sepelire non differte. Quae faciemus, inquit Abbatissa, cum locus in quo tumulandum est Corpus, necesse est Benedictione Episcopali sit consecratus.* Tunc igitur cives aliique viri spectatissimi, qui ad celebrandas has Exequias confluxerant, ad Gregorium dixerunt: *Confide charitati Fratris tui, & Benedic huic Altari; id boni consuleti, nullatenus dubitamus.* Affirmantibus fidem adhibuit Gregorius, atque Altare consecravit in Ecclesia S. Mariae, in qua corpus humandum erat, & hodie Ecclesia Collegiata S. Radegundis dicitur. Ergo funus extra Monasterium asportatum, & Sorores, quia egredi non licebat, muros & turres conscendentes tantis gemitibus & planctibus aures implebant, ut Psalmodia audiri non posset. Corpus balsamo conditum & arca inclusum deferrebat; tum in tumulum mittitur.

Gro

Gregorius peractis precibus Sepulchrum reliquit apertum, & istud ultimi obsequii genus Meroveo Episcopo Pictavien-  
 si, ibi Missam celebraturo, faciendum reservavit. In his exequiis cæcus visum recepit; quod Sanctimonialis Baudonivia facto huic præsens, quæ vitam Sanctæ scripsit, testatum facit.

Sæculum VI.  
 A. C. 590.

Plura alia prodigia ad Sanctæ tumulum edita. (\*)

S. Radegunde defuncta, Abbatissa ejusdem exemplum secuta Episcopum Meroveum rogavit, ut ipsius & Monasterii curam in se suscipere vellet. Ille quidem statim onus recusavit; at deinde prudentum virorum consilium amplexus promisit, se his Sanctimonialibus Patris loco futurum, & si opus esset, contra adversarios defensurum. Cumque istud Monasterium sub singulari Patricinio Principis esset, Childebertum Regem adiit, obtinuitque litteras, quibus ei in istud Monasterium eadem Auctoritas, qua in cæteras suæ Diœcesis Ecclesias valebat, concedebatur. Paulo post Agnes

Greg. IX.  
 hist. c. 40.

T 2 Abba-

(\*) Der Protestant hat das Wörtlein sollen hinzugesieket. Bey deren Grabmaal sich noch viele andere Wunderwerke ereignet haben sollen. Diesen Fehler hat er wiederum begangen auf seiner 420. Seite, allwo von dem heil. Columbanus die Rede ist.

Sæculum VI. Abbatissa vitam cum morte commutavit, eique Leubovera successit.

A. C. 590.

§. V.

*Chrodielæ Seditio.*

In hanc Abbatissam violenta Seditio commota est. Chrodielæ Chereberti Regis filia a multis aliis Monialibus exegit, ut juramento se obstringerent, quod Leuboveram plurimum criminum accusare vellent, ut illa e Monasterio expulsa se Abbatissam eligerent. Tum Basilidis Propinqua sua Chilperici Regis Filia Factionis societatem pertracta, e Monasterio cum quadraginta aut pluribus Sororibus exiit, dicens: *Vado ad Regem Propinquos meos, ut probrum, quod patimur cogimur, resciant; non enim tanquam Filia Regum, sed tanquam femina e vilissimis mancipiis natæ habemur.* Meroveo Episcopo frustra saniora suadente contumaces effractis postium seris e Monasterio erumpunt. Id factum exiit Februario anno 589. cum esset tempestas lurida, & imber maximus, qui vias obstruxerat. Ibant tamen Sorores rebelles pedibus sine ullius equi auxilio, & nemo erat, qui proficiscentibus annonam præbere vellet.

Greg. X.  
c. 16.

Prima die Martii consumptis viribus & tanto labore prope exanimatæ Turonem perveniunt, ubi Chrodielæ Gregorium

rium in hunc modum allocuta legitur : *Sæculum VI.*  
*Supplicem me habes, Episcopo Sancte! ut* A.C. 590.  
*has Virgines, quas Abbatissa Pictaviensis*  
*peffime habuit, interim recipere & alere*  
*velis, dum ad Reges Cognatos nostros*  
*proficiscor, ut edoceam, quanta ferre co-*  
*actæ fuerimus. Gregorius respondit:*  
*Si Abbatissa erravit, & contra Regulæ*  
*præcepta egit, eamus ad Fratrem nostrum*  
*Meroveum, ut errantem corrigamus, &*  
*vos Monasterio vestro reducta pace red-*  
*damus, ne ea, quæ S. Radegundis jejuniis,*  
*precibus & eleemosynis collegit, indigno*  
*modo dissipentur. Non ita fiet, inquit*  
*Chrodiolda, sed ad Reges ibimus. Rur-*  
*sus Gregorius: Cur me suggerentem me-*  
*liora audire non vultis? Timeo, ne Epis-*  
*copi secundum Epistolam, quam ad S. Ra-*  
*degundem, cum Monasterium fundaretur,*  
*dederunt, communi consensu vos excom-*  
*municent. Tumque illam Epistolam*  
*eis prælegit. Erat hæc Epistola secun-*  
*di Concilii Turonensis anno 566. cele-*  
*brati.* *Sup. Lib. XXXIV. §. 28.*

Chrodiolda a proposito adeundi Re-  
 ges Propinquos suos dimoveri non po-  
 tuit; querelas etiam afferebat contra E-  
 piscopum Pictaviensem, dicens, ipsius  
 culpa hanc tempestatem fuisse commo-  
 tam. Gregorius, cum exploratam ha-  
 beret fœminarum pertinaciam, ait: *Quod*  
*rationi consentaneum est, audire respui-*  
*tis,* *Greg. IX. c. 40.*

Sæculum VI. *tis, nulla excusatione digna. Saltem*  
A. C. 590. *expectate, dum hyems transierit, tum*  
*aère temperato, quocunque lubuerit, ibi*  
*tis. Huic tandem consilio acquieverunt.*  
 Sequentæ æstate Chrodielta cæteris So-  
 roribus cum Basilia Turone relictis ad  
 Regem Guntramum se contulit; is be-  
 nigne exceptam datis munusculis recrea-  
 vit, iussitque convocari conventum E-  
 piscoporum, qui de diffidio harum Mo-  
 nialium & Abbatissæ earum cognosce-  
 rent. Chrodielta interim Turonem re-  
 diit Episcoporum adventum expectato-  
 ra. Ecce vero! illa absente non nulla  
 Sanctimonialium fugitivarum viris in-  
 diantibus faciles matrimonium inierant.  
 Episcopis non advenientibus Chrodielta  
 cæteræque Sorores conjuratæ Pictavi-  
 revertuntur, ubi, collecta furum, latro-  
 num, juvenum libidinosorum, virorum-  
 que sceleri assuetorum manu, occupant  
 S. Hilarii Ecclesiam castrorum more mu-  
 niunt, dicentes: *Regiæ Principes sumus*  
*nec ante ad Monasterium redibimus*  
*quam Abbatissa inde ejecta fuerit.* Tum  
 tandem ex Regum mandato Gundegis-  
 lus Archiepiscopus Burdegalensis Pro-  
 vinciæ illius Metropolitæ cum duobus  
 ex suis Suffraganeis Nicasio Inculismen-  
 si & Saffario Petrocoriensi Pictavi-  
 venit, ubi advocato etiam Meroveo Pi-  
 ctaviensi S. Hilarii Ecclesiam ingressus

Chrodielta  
rebellis.

c. 41.

est. Igitur hi quatuor Episcopi foemi- Sæculum VI.  
A. C. 590.  
nas exhortari, ut ad Monasterium redi-  
rent, ibi enim causam illarum discuti &  
examinari oportere; cum autem Mu-  
lierculæ intolerabili contumacia relucta-  
rentur, iisdem secundum Epistolam Con-  
cilii Turonensis excommunicationem  
denunciarunt. At seditiosorum cohortes,  
a Sanctimonialibus conductæ, cum  
fustibus S. Hilarii Ecclesiam intrant, E-  
piscopos tanta violentia cædunt, ut in  
terram afflictis vix surgendi vires fue-  
rint, Diaconos aliosque Clericos vulne-  
rant, & non nullos eorum occidunt.  
Itaque Episcopi cum suis tanta audacia  
consternati, & nec hiscere ausi, quisque  
ad sua, fugam præcipitant.

His egregie gestis, Chrodielta viros  
constituit, qui fundis ad Monasterium  
pertinentibus præessent; famuli, ut fa-  
cerent imperata, verberibus compulsi,  
ipsa etiam minari audita est, se, ubi Mo-  
nasterium expugnasset, imperaturam, ut  
Abbatissa ex muris in plateam viva de-  
jiceretur.

His compertis Rex Childebertus,  
missis ad Maconem Civitatis Pictavien- Fœminæ ve-  
bellantes.  
sis Comitem mandatis, jussit, ut foemi-  
narum temeritatem reprimeret, & Ar-  
chiepiscopus Gundegisilus tam suo no-  
mine quam illorum Episcoporum, qui  
secum Pictavii fuerant, ad decem Epis-



Sæculum VI. copos apud Guntramum Regem congre-  
A. C. 590. gatos, quorum primi tres erant Etherius  
 Lugdunensis, Syagrius Augustodunensis  
 & Annacarius Antiffiodorensis, scriptis  
 ut de Excommunicationis sententia ad-  
 versus Moniales refractarias pronuncia-  
 ta certiores faceret. Decem illi Epis-  
 copi dato Responso dicebant, ea, qua  
 Confratres sui fecissent, sibi probari, do-  
 nec Synodus, cui dies prima Nov. præ-  
 stituta erat, celebraretur, in qua de re-  
 mediis, ad tollenda hæc mala delibera-  
 retur. Interim hortabantur, ut promi-  
 sellis & a via salutis aberrantibus foem-  
 nis ferventer ad Deum orarent. Abbe-  
 tissa autem ad Episcopos vicinos exem-  
 pla Testamenti a S. Radegunde conditi  
 transmissit.

6. 43. Exinde Meroveus Episcopus Picta-  
 viensis, querelis Monialium rebellium  
 commotus, misit Porcarium S. Hilarii  
 Abbatem ad Gundegisilum Episcopum  
 Burdegalensem & ejusdem Episcopos  
 Provinciales, suo nomine rogaturum, ut  
 Excommunicationem tollerent, & foem-  
 inæ ad dicendam Causam admitti pos-  
 sent; sed nihil obtinuit. Rursus Pres-  
 byter aliquis a Childeberto Rege mis-  
 sus idem frustra petiit. Hyemis rigor  
 Moniales rebelles compulit, ut in diver-  
 sa abirent. Aliquæ ad propinquos suos  
 se receperunt, aliæ in privatas domos  
 suas

suas, & aliæ ad Monasteria, in quibus <sup>Sæculum VI.</sup>  
 prius fuerant. Pauca cum Chrodielta <sup>A. C. 590.</sup>  
 & Basilia remansere, & ipsæ inter se a-  
 nimis divisæ; quippe Chrodielta domi-  
 nari cupiebat, Basilia vero, æque ac illa  
 Regibus orta, ei obedire detestabat.

## §. VI.

*Vis contra Abbatissam adhibita.*

Anno sequente 590. nunquam non sce- <sup>Greg. X. c. 15</sup>  
 leratorum hominum turmis stipata  
 Chrodielta jussit, ut noctu in Monaste-  
 rium S. Crucis aditum vi sibi pateface-  
 rent, & Leuboveram Abbatissam rape-  
 rent. Illa appropinquantium strepitu  
 excitata, cum podagra impediretur, ne  
 incedere posset, se in Ecclesiam ante  
 Sanctæ Crucis arculam deferri præcepit.  
 Prædones cum face & armis ingressi, in  
 omnibus angulis quæsitam tandem re-  
 periunt; cumque unus jacentem gladio  
 transverberare pararet, a socio confos-  
 sus subito collapsus est. Interim Prio-  
 rissa sororibus aliis auxilium præbenti-  
 bus facem extinxit, & Abbatissam de-  
 tracto ex Altari velo contextit. Igitur  
 in tenebris Sicarii loco Abbatissæ Prio-  
 rissam corripunt, & ad S. Hilarium de-  
 ferre cœperunt; verum, cum illucesce-  
 ret, videntes se errasse, trepidam ad suum  
 Monasterium dimittunt. Ipsi quoque  
 illo redeunt, & comprehensam Abbatis-  
 suas

Sæculum VI. iam prope S. Hilarium in loco, quo Be  
 A. C. 590. filia versabatur, in carcerem mittuntur

Greg. X. Nocte sequente Monasterium S. Crucis  
*hist. c. 23.* & diripuerunt, nulla re, nisi quæ auferri  
 i. Mart. c. 63 non poterat, ibi relicta.

Hoc anno 590. Episcoporum Galliarum  
 de Die Paschali diversa fuit Sententia  
 Plurimi illorum observantes Cyclum Ve  
 ttoris Pascha celebrarunt septimo Cal  
 April. decimo quinto Lunæ id est 25  
 Martii. Alii vero die secundo Aprilis &  
 22. Lunæ, timentes, ne Pascha cum Ju  
 dæis celebrarent, si illud decimo quinto  
 die in plenilunio agerent. Festo appro  
 pinquante, quod post diem septimum fu  
 turum erat, Meroveus Episcopus ad Chro  
 dieldam misit, qui referrent; nisi ipsa  
 Abbatissam redderet, se Pascha non ce  
 lebraturum, & Catechumenorum nemi  
 nem in Civitate Pictaviensi baptizan  
 dum. Jussitque, ut adderent; *Et si  
 non movearis, colligam cives, qui capti  
 vam liberent.* Chrodielda nullo dato  
 responso advocavit Sicarios, quibus im  
 peravit, ut Abbatissam interficerent  
 quamprimum cives ad eam liberandam  
 quidquam moverent. Illo tempore Fla  
 vianus, qui Domestici † munere fung  
 batur, Pictavium adveniens, sua indu  
 stria effecit, ut Abbatissa in Ecclesiam  
 S. Hilarii confugere potuerit. Sed ne  
 dum erat Seditionis finis, nam ante  
 psum

(† nempe  
 apud Regem)

psum S. Radegundis Sepulchrum & Ar-  
cam, in qua S. Crux servabatur, cædes A.C. 590.  
committebantur.

Tandem Childebertus Rex ad Re-  
gem Guntramum misit, qui rogarent, ut  
Episcopi utriusque Regni ad removen-  
da hæc scandala secundum Canones con-  
gregarentur. Præcepit Childebertus,  
ut Gregorius Turonensis cum Ebre-  
gisilo Coloniensi, & Meroveo Pi-  
ctaviensi Concilio interessent. Guntra-  
mus quoque iussit, ut Gundegisilus Bur-  
degalensis cum suis Suffraganeis veniret.  
Verum Gregorius Turonensis declara-  
vit, non venturos Episcopos, nisi post-  
quam seditiosorum temeritas viribus Po-  
testatis Sæcularis oppressa fuisset. Igitur  
Comes Pictaviensis, acceptis mandatis,  
seditiosos oppugnare cœpit. E Mona-  
sterio S. Crucis abstracti diversis suppli-  
ciis tolluntur. Aliis manus, aliis nares,  
quibusdam aures abscissæ.

§. VII.

*Concilium Pictaviense.*

Seditione extincta, Episcopi congregati  
in suggestu Ecclesiæ confederunt, &  
tunc Chrodielta plura Accusationis Ca-  
pita contra Abbatissam protulit, quo-  
rum primum erat, ipsam inter famulas  
suas alere virum sub muliebri vestitu,  
cumque digito monstravit, nam præsens  
aderat.

Sæculum VI. aderat. Verum hac re accurate exami-  
A. C. 590. nata exploratum est, esse Euvuchum  
 quem Abbatissa non noverat.

*Greg. X.  
 hist. c. 16.*

Chrodielta deinde & Basilia interro-  
 gata, cur e Monasterio aufugissent, re-  
 sponderunt; ferme emori fame cogeba-  
 mur, vestitus necessarius nobis non da-  
 batur, sæpe etiam filia Regum vapula-  
 bamus. Addebant, Monialium balnea  
 etiam viros uti, Abbatissam aleis ludere,  
 eam homines sæculares ad mensam suam  
 invitare, & intra claustra Monasterii ipsa  
 conciliante Sponsalia inita fuisse. Ean-  
 dem dedisse Nepti suæ vestem confectam  
 ex serico, quod decorando Altari desti-  
 natum erat, atque eidem aureas bracteol-  
 las detraxisse, quibus puellæ tunicam or-  
 naret. Abbatissa apposite ad objecta  
 omnia respondit, submittens se poeni-  
 tentiæ, quamcunque præscriberent Epis-  
 copi, si ream esse judicarent. Cum au-  
 tem secundo Chrodielta & Basilia inter-  
 rogarentur, an Abbatissam suam gravio-  
 ris criminis, forte homicidii aut adulte-  
 rii accusarent, fassæ sunt, se eam hujus-  
 cemodi criminis ream non affirmare; at  
 contra aliqua Moniales ex seditiosarum  
 numero productæ sunt, quarum uteri-  
 tumebant.

Episcopi deinde a rebellibus petie-  
 runt, ut rationem redderent, cur ex  
 Monasterio fugissent, cur Gundegisilum  
 &

& Episcopos alios, qui ad judicandam earum Causam anno superiore congregati fuerant, Abbatissam, & ipsum Monasterium indignis modis tractassent, cur ultimam Seditionem excitassent, exhortantes, ut ab Abbatissa veniam rogarent, & damnum illatum repararent. Illæ non modo imperata facere detrectarunt, sed etiam ferociter minari ausæ sunt, se Abbatissæ necem machinaturas. Itaque Episcopi, postquam inspexissent, quid Canones præciperent, declararunt, obstinatas foeminas Excommunicationis sententia esse ligatas, donec pœnitentiam agerent, & Abbatissam in possessionem Monasterii postliminio immiserunt. Hoc Judicium litteris mandarunt, & Regibus, qui se convocaverant, inscripserunt, rogantes, ut Moniales rebelles ad servanda promissa compellerent, nempe Bona & Tabulas Monasterii, quas rapuerant, reddendas, & prohiberent, ne ad illud Monasterium, quod tam sacrilege profanassent, eis redire liceret. Hac Sententia in vulgus edita, & Abbatissa restituta, seditiosæ Childebertum Regem adierunt, & quorundam nomina detulerunt, quod illis non solum cum Abbatissa illicitum commercium intercederet, sed etiam nuncia & tabellas ad Fredegundam Regis hostem infensissimam referrent. Rex comprehendi

Sæculum VI. di iussos, postquam habita Quæstione  
A. C. 590. nullum malæ rei indicium apparuit, li-  
 beros dimisit. Tandem Chrodielda &  
 Basilia in Concilio Metensi hoc anno  
 exeunte in Causa Ægidii Episcopi Rhe-  
 mensis celebrato absolutionem recepe-  
 runt.

## §. VIII.

*Concilium Metense.*

*Greg. X.*  
*c. 19.*

Ægidius Rhemensis accusatus, quod  
 conjurationis contra vitam Regis  
 Childeberti conscius esset, illo iubente  
 comprehensus & Metas perductus est  
 etsi morbo diuturno fractus necdum vi-  
 res recuperasset. Cum Episcoporum  
 aliqui Regem monuissent, quod fas non  
 esset, hunc Episcopum e domo sua ab-  
 strahi, & carceri dari inauditum, permisit  
 Rex, ut Rhemos rediret, missisque  
 ad omnes Regni sui Præsules Epistolis  
 in medio Mensis Octobris Viroduni esse  
 iussit. Postquam advenissent, usque Me-  
 tas perducti sunt, quo etiam Ægidius  
 advectus. Rex Ennodium, olim Ducis  
 Dignitate fulgentem, elegit, qui suo no-  
 mine hanc Causam curaret. Is igitur  
 Episcopum allocutus est in hunc modum:  
*Quare de relicto Rege nostro, Civitatis  
 illius, in qua Episcopus eras, Dominum  
 quaesivisti amicitiam Chilperici, antiqui  
 inimici ipsius? Is enim est, qui Regis Pa-*  
 trem

trem vita, Matrem, quam in Exilium e- Sæculum VI.  
 jecit, Patria, utrumque Regno, quod A. C. 590.  
 sibi rapuit, privavit. Quare Fundos ad  
 Fiscum pertinentes in illis Provinciis,  
 quas invasit, in Feudum accepisti? Epis-  
 copus respondit: Negare non possum, me  
 Chilperici Regis amicum fuisse; sed nego  
 banc amicitiam Regi Childeberto quid-  
 quam nocuisse. Fundos autem vi Litter-  
 arum ipsius Regis Childeberti mihi con-  
 cessarum obtinui. Tum litteras protu-  
 lit. Sed Childebertus negabat, se hu-  
 jus Donationis Auctorem esse. Vocat-  
 ur Otho, qui illo tempore Regis Réfe-  
 rendarius fuerat, & cujus Nomen appo-  
 situm apparebat; inspicit, negat suam  
 esse manum, sed affirmat, esse Falsarii  
 alicujus, qui eam perfide imitatus esset.  
 Igitur in primo Articulo Episcopus Falsi  
 convictus est.

Tum proferuntur litteræ Episcopi ad  
 Chilpericum datæ, & vicissim Chilperi-  
 ci ad Episcopum, in quibus legebantur  
 multa contra Brunehildem contumeliose  
 dicta, & inter alia: *Nisi radix excinda-  
 tur, non arescet planta.* Quod intelligi  
 poterat, tollendam esse Matrem, ut fa-  
 cilis opprimeretur filius. Negavit E-  
 piscopus has litteras a se vel scriptas vel  
 acceptas fuisse; verum productus est  
 aliquis ex domesticis ejus, qui has ipsas  
 in suis tabulis asservaverat. Deinde in  
 medium



**Sæculum VI.** medium attulerunt inita pacta inter Chil-  
A. C. 590. debertum & Chilpericum, in quibus in-  
 ter ambos conveniebat, ut ejecto Gun-  
 tramo Regnum ipsius dividerent. Ne-  
 gavit Childebertus, ejusmodi pactum  
 sibi unquam in mentem venisse, & ad  
 Ægidium conversus dixit: *His artibus*  
*peffimis Patruos meos in odium mutuum*  
*concitabas, Belli civilis incentor! te ne-*  
*ctore tot Provinciæ devastatæ, tu inno-*  
*meris hominibus necem attulisti. De-*  
*rationem reddes.* Factum istud Episco-  
 pus negare non potuit; nam argumen-  
 ta demonstrabantur ex tabulis Regis  
 Chilperici, in una cistellarum ipsius tunc  
 in oppido Cellensi inventis, quando eo-  
 dem interfecto thesauri ipsius in manu  
 Regis Childeberti traditi fuerant. Epi-  
 phanius etiam Abbas ad S. Remigium  
 Rhemis prodiit, edixitque, Ægidium E-  
 piscopum duo millia solidorum & plura  
 alia dona accepisse, ut Regis Chilper-  
 ici amicus esse vellet. Qui eum, cum  
 Legatione ad Chilpericum fungeretur,  
 comitati fuerant, edixerunt, eum diu soli  
 Regi fuisse collocutum, quin ea, quæ  
 dicerent, ipsi percipere potuissent. E-  
 piscopo hæc facta negante, Abbas Epi-  
 phanius arcanorum omnium conscius  
 locum & virum nominavit, qui aurum  
 attulerat, atque omnia adjuncta fœderis  
 cum Guntramo.

Ita-

Itaque Ægidius Episcopus his convi-  
ctus omnia confessus est ingemiscens  
illi Concilii Episcopis, cum Fratrem  
suum tantorum criminum reum vide-  
rent; petierunt tamen, ut Sententia in  
diem tertium differretur, & tempus con-  
cederetur, quo conscientia suæ consule-  
ret, & si posset, objecta dilueret. Ubi  
tertia dies illuxit, invitant Ægidium E-  
piscopi, ut causam diceret; ipse vero pu-  
dore turbatus dixit: *Non ultra cuncte-*  
*mini Sententiam in reum pronunciare.*  
*Morte dignus sum ob læsæ Majestatis*  
*crimen, nunquam non Regi huic, & ipsius*  
*Matri, quantum potui, nocui. Meo con-*  
*silio impellente gesta sunt bella civilia,*  
*tot malorum in Galliis causæ.* Episcopi  
tanto Collegæ sui probro ad commise-  
rationem moti vitæ gratiam ei impetra-  
runt, sed postquam Leges Canonicas  
fuissent scrutati, eundem a Sacerdotio  
deposuerunt. (\*) Illico Argentoratum  
mittitur in exilium, & in ejus locum  
Romulus Presbyter Lupi Ducis filius  
Episcopus Rhemensis ordinatur. Magna  
auri argentique vis in arario Ægidii E-  
piscopi inventa; quæ ex redditibus Ecclē-  
siæ provenerant, relicta sunt intacta, quæ  
autem

Sæculum VI.  
A. C. 590.

Concilium  
Metense.

(\*) Hic iterum dispicitur, coram quo Tribu-  
nali Episcopi in his Sæculis depositi fuerint.

Sæculum VI. autem scelere sibi cumulaverat Regio  
A. C. 590. Fisco adscripta fuere. Abbas Epiphanius quoque officio suo privatus est.

Illud præterea in hoc Concilio Mentensi actum. Basilia ad Episcoporum pedes prostrata veniam rogavit, promittens, se cum sua Abbatissa in gratiam redituram, in Monasterio S. Crucis Pictavi reliquum vitæ tempus exacturam, & sub Regula lubenti animo futuram. Chrodiolda edixit, nunquam se ad illud Monasterium reversuram, quamdiu Abbatissa Leubovera ibi versaretur. Tum Childeberto Rege rogante, ut veniam consequerentur, ad Communionem admittæ sunt, & Pictavium deductæ, his conditionibus positis, ut Basilia in Monasterium regrederetur, & Chrodiolda in prædio ipsi a Rege donato commoraretur. Hic scandali antea inauditi finis fuit.

## §. IX.

*S. Columbani Initia.*

*vit. to. 2. Act  
 Ben. p. 7.*

Ad illud jam tempus pervenimus, quo S. Columbanus Sedem in Gallia elegit, atque hoc ipso anno 590. celeberrimum Monasterium Luxoviense fundavit. Is in Hybernia & Provincia Lageriensi seu *Leinster* anno circiter 560. natus, adhuc puerulus artibus liberalibus Grammatica, Rhetorica, Geometria imbuitur;

buitur; cum vero admodum formosus  
 esset, timuit, ne voluptatis illecebris suc-  
 cumberet. Hinc relicta patria & per  
 calcatam pergens Matrem ad aliam Hy-  
 bernaë Provinciam divertens, venerabi-  
 lis Viri, cui nomen Silen, regimini se  
 commisit. Sub illius Disciplina tantum  
 in sacris litteris profecit, ut juvenis tra-  
 ctatus in Psalmos & quædam alia Opera  
 scripserit. Monasterium *Bencor* deinde  
 ingressus, quod famæ celebritate cæte-  
 ra omnia in Hybernia sub Regimine Ab-  
 batis Commagelii, seu Congalii supera-  
 bat, in eo aliquot annos transegit edo-  
 mandis pravis affectibus intentus. Tum  
 ut ab amore mundi totus avelleretur,  
 Abrahami peregrinantis exemplum se-  
 qui, & patriam fugere constituit. Cum  
 propositum Abbati aperuisset, is ægre con-  
 sensit, ut ipsius auxilio privaretur; ne  
 vero Dei Voluntati resistere videretur,  
 discessuro amplius non obstitit. Itaque  
 S. Columbanus accepta Abbatis Benedi-  
 ctione annum agens trigessimum ex Mo-  
 nasterio *Bencor* cum duodecim aliis Mo-  
 nachis exiit. Primum in magnam Bri-  
 tanniam, & inde in Galliam trajecerunt,  
 ubi illo tempore Fides quidem erat inte-  
 gra, sed Disciplina sive ob externorum ho-  
 stium incursiones, sive ob Prælatorum ne-  
 gligentiam collapsa. In paucis locis pœ-  
 nitent-

Sæculum VI.

A. G. 590.

#. II.

U 2

niten-

Sæculum VI. nitentiæ publicæ usus retinebatur, pa-  
A.C. 590. ci mortificationem sensuum amabant.

Columbanus, quacunq[ue] transibat  
 Verbum Dei prædicabat, ejusque Doctri-  
 nâ præclara Virtus maximam Auctori-  
 tem conciliabat. Ita humilitati stude-  
 bat, ut semper cum sociis de ultimo lo-  
 co contenderet. Omnes una volunta-  
 te regi dixisses, atque Monachorum  
 storum modestia, sobrietas, mansuetudo,  
 patientia, charitas cunctos in admira-  
 tionem rapiebat. Si quis ipsorum er-  
 raret, cæteri omnes errorem corrige-  
 satagebant. Nulli alicujus rei dominium  
 erat, nunquam inter eos contentio aut  
 jurgia nascebantur, & quocunq[ue] deve-  
 nissent, omnibus Pietatem inspirabant.  
 Columbani fama etiam ad Aulam Regis  
 Burgundiæ pervasit. Regnabat tunc  
 Guntramus, qui, postquam virum vidis-  
 set, & loquentem audivisset, rogavit, ut  
 in Regno suo Sedem figeret, jussitque, ut  
 quæcunq[ue] vellet, peteret. Gratias  
 .11. .8. git Vir Sanctus, dicens, nihil sibi in ve-  
 tis esse, quam crucem suam tollere, &  
 Jesum Christum sequi, atque in recepta-  
 culum elegit vastam Vogesi montis soli-  
 tudinem, ubi inter immania saxa in loco  
 asperrimo veteris arcis olim *Anagratæ*  
 hodie Anagrajum dictæ ruinas invenit, i-  
 bique cum suis habitare cœpit. Hoc pri-  
 mum S. Columbani Monasterium fuit. In

In hac eremo Vir Sanctus ejusque Discipuli solis oleribus & arborum corticibus victitabant, cumque aliquando unus eorum in morbum incidisset, nihilque ad eum refocillandum haberent, ante Monasterii januam virum conspiciunt cum equis clitellariis panem aliosque cibos portantibus. Is dicebat, sibi subito fuisse Divinitus inspiratum, ut ipsis succurreret, rogavitque, ut sanitatem uxoris suæ jam integro anno febribus vexatæ, precibus a Deo peterent. Monachis orantibus ægotans in illa hora sanata est. Alio tempore, postquam novem dies nullum aliud alimentum quam olera sylvestria & cortices habuissent, Caramtocus Monasterii Salicensis Abbas in somnio ipsorum inopiam edoctus misit Marculphum Cellerarium suum, qui annonam deferret. Is viæ nescius oravit Deum, ut equos dirigeret, qui nemine ducente recta usque ad Monasterium Anegrajense progressi sunt. Exinde magna populi multitudo ad videndum S. Columbanum veniebat, præsertim convolabant ægoti, qui omnes sanitati restituebantur. Solebat Vir Sanctus ad Festa solemnia secedere, ut in strictiore silentio se præpararet, & ad istud pietatis Exercitium antrum elegerat septem ferme milliaribus a Monasterio

Sæculum VI.  
A. C. 590.

Columbanus  
in Gallia.

U 3 Ana-

Sæculum VI. Anagrajensi distans, unde ursum expulserat, & suis precibus impetraverat, ut ibi fons emanaret.

Cum jam tunc ipsius Congregatio esset admodum magna, commodiorem locum in eadem eremo ad condendum Monasterium quæsit, atque Castrum octo miliaribus ab Anegrajo distitum invenit, quod Luxovium dicebatur. Id olim magnitissimum fuerat, & in nemore proximo, ubi densissimæ arbores stabant, adhuc dum Idola lapidea viscebantur, quorundam a Gentilibus adorata. Ibi S. Columbanus cœpit ædificare Monasterium, quo brevi Monachis repleto, animum adjecit ad ædificandum tertium, illudque ob aquarum abundantiam Fontes appellavit. His Monasteriis Præpositos quorum Pietatem perspectam habebat, dedit; ipse alternis vicibus in uno vel altero degens omnibus Regulam præbuit, quam hodieque habemus, diu in Gallis observatam.

§. X.

*Regula S. Columbani.*

*Cod. Reg.  
tom. 2. p. 153.*

Sancti Columbani Regula brevis est, & imprimis ad excolendas Virtutes Monasticas, Obedientiam, Paupertatem, fugam & odium avaritiæ, Humilitatem, Castitatem, exteriorem interioremque sensuum refrigerationem, Silentium, Discretio-

scretionem, excitat. De alimentis di-  
 cit; refectioem non ante Vesperam, id  
 est, ad Nonam esse sumendam, eamque  
 oportere esse vilem, nempe olera, legu-  
 mina, farinam aqua dilutam, & exi-  
 guum panem. Denique Monachi ali-  
 mentorum copiam secundum laborem  
 metiantur, & ita omnia accurent, ut sin-  
 gulis diebus suo tempore jejurent, orent,  
 laborent, & legant. Psalmodia tempus  
 statuitur in hunc modum: illis diei horis,  
 quibus labor manuum interrumpitur,  
 nempe Tertia, Sexta & Nona tres Psal-  
 mi cum Versiculis dicantur. Nocte in-  
 eunte scilicet ad Vesperas duodecim  
 Psalmi recitentur. Officium Nocturnum  
 Die Sabbati & Dominica ab officio reli-  
 quorum dierum, pro diversitate tempo-  
 rum in anno differebat. Singulis Feriis  
 per sex Menses in hyeme triginta sex Psal-  
 mi cum duodecim Antiphonis canantur.  
 Per sex Menses in æstate viginti quatuor  
 Psalmi cum octo Antiphonis; nam quæ-  
 libet post tres Psalmos sequebatur. Die-  
 bus Sabbatinis & Dominicis per tres hye-  
 mis Menses, scilicet Dec. Jan. & Febr.  
 viginti quinque Antiphonæ singulis no-  
 ctibus cum sexaginta quinque Psalmis,  
 ita ut his duobus diebus integrum Psal-  
 terium recitaretur. Duobus Mensibus  
 in æstate Majo & Junio duodecim Anti-  
 phonæ singulis noctibus, id est, triginta

Sæculum VI.  
 A.C. 590.

Reg. c. 3.

c. 7.

V. Menard.  
 cont. reg.  
 Coint. a. 590.

n. 43. 44. Et



Sæculum VI. A. C. 590. sex Psalmi duodecim ad Nocturnos & viginti quatuor ad Matutinos seu Laudes Tribus Mensibus in Vere & quatuor Mensibus in Autumno, in fine cujuslibet Septimanae semper tres Psalmi pro mensura longioris vel brevioris noctis addebantur, vel demebantur. Hic sensus, meo quidem iudicio, præ aliis magis verisimiliter huic Articulo, qui satis obscurus est, Regulæ S. Columbani datur, cum certiora ex usu, qui non amplius observatur, cognosci non possint. S. Columbanus istum Psalmendi ordinem a Patribus suis, nempe a Monachis Hiberniæ, accepisse se affirmat. In fine cujuslibet Psalmi genua flectebant. Præter orationem communem in Choro dicit, quemlibet Monachum teneri peculiariter in cella preces ad Deum fundere; dicit, Psalmodiæ substantiam esse orationem cordis, & continuam mentis cum Deo conjunctionem.

*Pœnit. n. 19.*

*c. 201.*

*n. 13. 40.*  
*n. 24. 30.*  
Regula S. Colum-  
bani.

Regulam S. Columbani sequitur Pœnitentiale, nempe præscriptus modus, quo culpæ Monachorum frequentes pledebantur, ubi aliqua memoratu digna invenio. Pœna frequentissima erat flagellum; plagæ sex pro culpis levibus, pro majoribus servata proportione plures, & non nunquam usque ad ducentas, nunquam vero ultra viginti quinque in una continua castigatione infligebantur. Sæpe de-

pe delinquentes ad servandum silentium Sæculum VI.  
 vel ad rigidius jejunium damnantur, quod A.C. 590.  
 pœnitentiæ genus Superpositio vocabatur. Sæpe ad recitandum magnum Psal- Conc. Ilib.  
 morum numerum obligantur. c. 2.

Monachi super omnia, quæcunque Vid. Cang.  
 manu prehendebant, super cochleare, Gloss. Sup.  
 super lampadem signum Crucis forma- & Coit. an.  
 bant. Ingredientes aut egredientes Mo- 59. n. 62. n. 3.  
 nasterium Benedictionem petebant a Præ-  
 posito, & ante Crucis simulacrum incli- n. 5. 13.  
 nabantur. Qui exhibant, portare sole-  
 bant Oleum Benedictum, quo ægrotos  
 ungerent; vas autem, quod oleum con-  
 tinebat, Chrismale dicebatur; ita enim  
 ego accipio hanc vocem, quæ non nun-  
 quam etiam idem ac *Reliquiarium* signi-  
 ficat. Alii aliter Chrismale interpretan-  
 tur, & putant esse vas, in quo Evcha- n. 19. 18.  
 ristiam portabant; nam aliunde apparet,  
 quod eam deportaverint, & leguntur pœ-  
 nitentiæ impositæ illis, quorum socor-  
 dia accidebat, ut Species corrumpere- vit. S. Gal.  
 tur. (\*) S. Columbanus ad celebran- c. 19.

U s dum

(\*) Ex his colligimus, exeuntes e Monasterio  
 fuisse Presbyteros, qui ægrotos Extrema Unctio-  
 ne ungerent, & Sacra Evcharistia reficerent.  
 Nullum vero hic iterum indicium, etiam Sacrum  
 Sanguinem ad ægrotos fuisse delatum.

Firmissima profecto ad probandum antiquissi-  
 mum usum Sacramenti Extremæ Unctionis de-  
 ferent-

Sæculum VI. dum Sanctum Sacrificium non alia vasa  
 A. C. 590.

quam cuprea, adhibebat, idque, ut  
 conjicere est, amore paupertatis faciebat. Panem vero, quem offerebant Mo-

n. 13.

nachi, ipsi coquebant. Sæpe caput lavabant; quod inde colligitur, quia poenitentibus caput lavare solum Die Domini-

n. 15.

nica permittebatur. Pœnitentes etiam Die Dominica & tempore Paschali genua flectebant.

n. 16. & ibi  
 Coinq.

In quolibet Monasterio duo erant oeconomi, major, minorque, majora & externa curabat Præpositus, ut Abbas curam animarum unice gereret. (\*) Minor Oeconomus rei domesticæ intra claustra Monasterii invigilare jubebatur. Monachi aliam noctu vestem habebant, & mane diurnam resumebant, petita semper id faciendi licentia. Sedebant, dum signum conveniendi ad Officium campana dabatur, exceptis pœnitentibus, qui stantes

n. 17. 24.

n. 18.

ferendi Eucharistiam ad ægrotos, & Communionis sub una specie contra Protestantes testimonia!

(\*) Saluberrimum Institutum! istud, licet non ita accipiendum sit, quod Abbates supremam in suis Monasteriis Rei domesticæ curam a se abdicare debeant, in eo tamen sensu omnino verum est, quod Rerum Spiritualium maximam, temporalium vero saltem in comparatione illarum ultimam minimamque, gerere teneantur.

stantes expectabant. Pœnitentia illi dicitur, qui, opere sibi injuncto perfecto, filet, & aliud faciendum non petit, aut qui aliquid injussus fecit. Item qui in domo cubavit, in qua fœmina versatur. S. Columbanus duo peccatorum genera distinguit, Mortalia, quæ in Confessione Presbytero manifestanda sunt, (\*) & minora, quæ Abbati aut aliis non Presbyteris, antequam mensæ affiderent, vel cubitum concederent, sæpe confitebantur. Multos hujus Pœnitentialis Articulos S. Pater a Cassiano accepit. Aliud quoque S. Columbani Pœnitentiale extat, quod pœnas Canonicas pro omni generis peccatis & hominibus completur.

## §. XI.

*Concilium Hispalense.*

Eodem anno 590. Recaredi Regis quinto, æra 628. quarta Nov. Concilium Hispali celebratum, & inter Episcopos octo præsentibus S. Leander primum locum

(\*) Argumentum ad probandum usum Confessionis auricularis, & Absolutionis Sacramentalis manifestum! Quæ enim alia fuisset causa, cur graviora peccata solis Presbyteris exponerent, nisi quod soli Sacerdotes Jurisdictione absolvendi gauderent? Idem ex Capite XLVI. Regulæ S. P. N. Benedicti eruitur. Hæc omnia Interpres Protestans in vernaculam translata Fratribus suis legenda propinat, & tacet.

Sæculum VI.  
A. C. 590.

n. 22.

n. 25.

n. 29.

*Prolog.*

Sæculum VI. cum tenuit. Episcopis in Ecclesia con-  
 gregatis Diaconi Pegasi Episcopi Astig-  
 tani tradiderunt Indicem illorum Seru-  
 rum ad eandem Ecclesiam pertinentium  
 quos Gaudentius ipse Antecessor ma-  
 numiserat, aut Propinquis suis donave-  
 rat. Postquam de hac Quæstione Cano-  
 nes consulissent, patuit, Donationes  
 vel Alienationes Bonorum Ecclesiæ ab  
 Episcopo factas esse nullas & irritas, nisi  
 ipse prius Bona sua propria Ecclesiæ do-  
 nasset, tunc enim Compensationem ad-  
 mitti. Igitur concluderunt, hoc casu non  
 existente manumissiones & alienationes  
 a Gaudentio factas, nullius roboris esse.  
 Nihilominus, ut Humanitati aliquid de-  
 rent, decreverunt, ut Servi manumissi  
 libertatem quidem retinerent, sed sub-  
 diti Ecclesiæ essent, & peculium suum  
 nemini alteri præterquam liberis suis, in  
 perpetuum & iisdem conditionibus Ec-  
 clesiæ subditis futuris, relinquere pos-  
 sent. Addiderunt, hoc Decretum in to-  
 ta Provincia Boetica esse observandum.

c. 2.

c. 3.

Item ut ea, quæ in Concilio Toletano  
 decreta fuerant, executioni mandaren-  
 tur, præceperunt, ut nisi Presbyteri,  
 alique Clerici, ab Episcopo suo admo-  
 niti, exterarum mulieres e domo sua eji-  
 cerent, Judices accedente Episcoporum  
 consensu illas in mancipia sibi adscribe-  
 rent, addito juramento, se easdem Cle-  
 ricis nunquam reddituros. S. Lean.

S. Leander ubi S. Gregorii Papæ E. <sup>Sæculum VI.</sup> A.C. 591.  
lectionem comperit, datis ad eum Lit. A.C. 591.  
teris, Recaredi Regis veram conversio- Greg. l. I.  
nem & constantem pietatem significavit. epist. 41.

In iisdem Epistolis consulebat Pontifi-  
cem de tribus in Baptismo immersioni-  
bus, quibus abutebantur Ariani, & quæ-  
rebat, an ulterius servandus esset hic  
usus, cum jam in diversis Ecclesiis di-  
versa consuetudo absque Fidei præjudi-  
cio invaluisset. Præterea aliquos Libros,  
& inter alios Expositionem ejus in Jobum  
petebat.

## §. XII.

*Epistola ad S. Leandrum.*

Sancto Gregorio ad epistolam S. Lean-  
dri non prius respondere vacavit, quam  
diu postea, nempe Mense Majo anni se-  
quentis 591. responditque in hæc verba:  
*Vehementer cupiebam tibi promptius re-* I. epist. 41.  
*spondere; sed tot tantisque in Episcopatu*  
*curis premor, ut me multo magis flere ju-*  
*vet, quam loqui. Id intelliges ex negli-*  
*gentia mea, dum tamdiu tibi respondere*  
*distuli, tibi, inquam, quem ardentissi-*  
*mo amore prosequor. Datum est mihi re-* I. epist. 4.  
*gimen veteris navigii, tam diu fluctibus*  
*pulsati, & tempestatibus fracti, ut illud*  
*ad portum deducere nequeam. Idem an-*  
*no superiore ad Joannem Constantino-*  
*politanum scripserat, rogans, ut pro se*  
*oraret,*

Sæculum VI. oraret, additis his verbis: *eo facilius*  
A.C. 591. *orare potes, quo a Regionis hujusce calamitate longius abes.* Ex his discimus, illam allegoriam veteris navigii tamdiu in statu & quassati non de Ecclesia, sed de urbe Romana toties vastata, & tunc imminentes Longobardos gravissimos hostes timente, esse accipiendam; quippe S. Gregorius etiam curam quietis, & Salutaris Reipublicæ in rebus temporalibus, etiamsi maxime voluisset, a se amoliri non poterat, quod posteriora nos docerunt tempora. Ad Leandrum vero scribens prosequitur in hunc modum: *per dicendo non sum, quanto gaudio perfundatur cor meum, dum lego, Recaredum Regem ad Fidem Catholicam ex toto corde fuisse conversum. Illa indole, quam mihi depingis, Principem, etsi nunquam a me visum, tenerrime amare cogor. Igitur curam ei maximam impende, ne in bonis operibus extollatur, sed vitæ Sanctitatis fidei integritati respondeat.*

*Quod ad immersiones in Baptismo pertinet; earum usum retinemus ad indicandos tres Sepulturæ dies, aut si cui magis placeat, ad exprimendas tres Divinas Personas in Trinitate, sicut immersio unica Naturæ Divinæ unitatem significare potest. Quia vero Hæretici ter baptizandos immergebant, arbitror, hunc usum inter vos esse tollendum, ne crimentur,*

nos æque ac ipsos Divinitatem dividere, Sæculum VI.  
 & jactent se apud rerum ignaros, consue- A. C. 591.  
 tudinem suam nostra meliorem esse. Mit-  
 to tibi libros, quorum indiculus hic jun-  
 ctus est. Explicationem in Jobum prius  
 in Homilias divisam jam in justum librum  
 diggessi, & in Notariorum manibus est.  
 Hæc Epistola Mense Majo Indictione no-  
 na anno 591. data.

## §. XIII.

S. Gregorius Concilium quintum  
defendit.

Sanctus Gregorius Mense Februario ejus-  
 dem anni, Concilio Romæ celebra- I. epist. 23.  
 to, scripsit ad quatuor Patriarchas Epi-  
 stolas suas Synodales, seu potius unam  
 Epistolam, cujus plura Exempla eis mi-  
 sit; scilicet Joanni Constantinopolitano,  
 Eulogio Alexandrino, Gregorio Antio-  
 cheno, Joanni Jerosolymitano & Ana-  
 stasio Antiocheno. Ideo vero ad duos  
 Patriarchas Antiochenos scripsit Papa,  
 quia Anastasium, licet Gregorius illius  
 Cathedræ possessione gauderet, pro E-  
 piscopo Antiocheno habebat. Imo datis  
 ad Imperatorem litteris petierat, ut sal-  
 tem, si Anastasio ad Sedem suam redire  
 non concederetur, mitteretur Romam  
 cum potestate utendi Pallio, ubi Missam  
 ad S. Petrum cum Papa celebraret. Epi-  
 stolæ Synodalis Exordium ducit S. Gre-  
 gorius



Sæculum VI. gorius a concepto animi mœrore, quo  
 A. C. 591. Episcopatum, quo se maxime indignum  
 putat, suscipere compulsus fuisse. Tu  
 de Pastorum Officiis prolixè disserit, et  
 pene compendium Libri sui de Cura Pa  
 storali scribit. Precibus illorum, ad quos  
 scribit, se commendat, & Fidei suæ Con  
 fessionem pro more addit, dicens, quod  
 recipiat & reveretur quatuor Concilia  
 œcumenica sicut quatuor Evangelia, et  
 subjungit: *eadem veneratione prosequitur  
 Concilium quintum, in quo sic dicta Epi  
 stola Ibae fuit damnata, Theodorus con  
 victus, quod Mediatoris Personam detra  
 dat, & libri Theodoretici contra S. Cypri  
 lum rejecti sunt. Rejicio omnes illos, quos  
 veneranda Concilia rejiciunt, & recipio  
 omnes illos, quos Concilia honorant; non  
 quia in consensu universali fundantur, sed  
 vana sine viribus ira Conciliis nihil im  
 trahit, sed tantum sibi ipsi nocet, qui  
 Conciliis absolutos ligare, vel ligatos  
 solvere præsumit.*

I. epist. 16.  
 Schismatici  
 in Illyrico.

Quæ hic S. Gregorius dicit de Con  
 cilio quinto, & necessitate damnandi Per  
 sonas, quas Concilia damnant, Quo  
 stionem de tribus Capitulis manifestè re  
 spiciunt, quoniam imprimis ipsi curæ fuit  
 reditus Schismaticorum, qui illa Capitu  
 lula damnare volebant, & sub initium  
 Pontificatus sui scripsit ad Severum Epi  
 scopum Aquilejensem, Schismaticorum

in Occidente Caput, ut secundum Imperatoris Mandatum cum Sæctatoribus suis Romam veniret, & Concilio ibi celebrando adesset. Conjectura est, S. Gregorium hic de illo ipso Concilio loqui, in quo Epistolam Synodalem composuit. Episcopi Istriae, veriti ne ad Concilium venire compellerentur, in oppido Maranensi congregati ad Mauritium Imperatorem miserunt Clericos, qui tres Libellos supplices detulerunt, unum nomine Episcoporum, Longobardis subjectorum, alterum nomine Severi aliorumque Episcoporum, qui Romanis parebant, & tertium solius Severi nomine scriptum. Libellus primus, in quo novem Episcoporum nomina leguntur, ad nos usque pervenit.

In eo inprimis conqueruntur, quod Smaragdus Exarchus multoties contra Archiepiscopos ipsorum Eliam & Severum vim adhibuisset, & prosequuntur in hunc modum: *tandem modo comperimus, Gregorium Papam Mandata misisse, ut Archiepiscopus noster Romam deducatur. Sæpe eum admonuimus, ne in communi Causa Ecclesie nobis absentibus quidquam definiat, quippe hac super re populorum nostrorum animi tam vehementer commoti sunt, ut potius mortem subire, quam ab antiqua Communione Catholica separari eligerent. Itaque nos omnes,*

Sæculum VI.  
A. C. 591.

Ap. Bar 590  
n. 43 V. Boll.  
de S. Ingen.  
5. Febr. to. 3,  
p. 671.

Bar. ib. n. 38

Sæculum VI. *mnēs, sicut scripsimus Archiepiscopo nostro, A. C. 591. statuimus, rem istam, donec sub Barbarorum jugo vivemus, Dei Judicio relinquere, & idoneum tempus expectare, quo pedibus tuis accidamus, ut de hac Causa, Antecessorum tuorum utriusque Theodosii & Marciani exemplum sequens judices. Tibi quidem lubenter Fidei nostræ rationem reddemus; illum vero Judicem (nempe Papam) agnoscere non possumus, qui Adversarius noster est, & cujus Communionem vitamus. Si Archiepiscopus noster vi adhibita Romam proficisci cogatur, non erit nobis spes super consequendi, quod justitia postulat. Si quis nostrum decedat, non ultra ferent populi, Successor ab Archiepiscopo Aquilejensi ordinetur, sed ad Galliarum Archiepiscopos, qui in vicinia sunt, convertentur.*

*ibid. n. 43.* Hæc argumenta Mauritium Imperatorem moverunt, ut ad S. Gregorium scriberet; istorum Episcoporum quietem non esse turbandam, dum tranquillitas Italiæ redderetur.

S. Gre-

(\*) Schismatici isti, qui forte ab initio in Romana Fide fuerunt, sua obstinatione in malam delapsi sunt. Cæsarem Judicem compellant, non competentem, & populorum pertinacia se tuerentur, quasi vero populi esset judicare, & non magis oporteret populum regi, Episcopos vero decere & regere.

S. Gregorium non minor sollicitudo de convertendis Hæreticis tenebat. Au-  
 tharis Longobardorum Rex prohibuit, ne suæ Nationis parvuli ad Festum Pa-  
 schæ anno 590. in Ecclesia Catholica bap-  
 tizarentur; ipso autem tertia Sept. ejus-  
 dem anni e vivis elato, cum Theodelin-  
 da ejus Vidua Longobardis esset carissi-  
 ma, illum, quem ipsa sibi Maritum, se  
 etiam Regem electuros pronunciarunt.  
 Is fuit Agilulphus Dux Taurinensis, qui  
 Mense Nov. Regnum auspiciatus est. Haud  
 multo post tempore S. Gregorius datis  
 ad omnes Italiæ Episcopos litteris jussit  
 moneri Longobardos, quorum liberi ab  
 Arianis baptizati fuissent, ut eos Fidei  
 Catholicæ reconciliari curarent, quia  
 sperabat, ita obtineri posse, ut Deus  
 iram suam ab Italia averteret; dira enim  
 lues Italorum plurimos rursus inficere  
 cœperat. Omnes, inquit, quotquot  
 monere potueritis, ad Fidem persuaden-  
 do adducite. Theodelinda Regina Ca-  
 tholica erat, quæ postea & Regem Con-  
 jugem & totam Longobardorum Gentem  
 convertit. (\*)

Sæculum VI.  
 A.C. 591.

Theodelinda  
 Paul. Diac.  
 h.l.III.c.vlt.

I. epist. 17.

Paul. Hist.  
 l. IV. 6. 16.

X 2

§. XIV.

(\*) Theodelinda erat Filia Garibaldi Bavaræ  
 Ducis, quo nullus antiquior hujus Regionis  
 Princeps apud Scriptores invenitur. Inde etiam  
 conjicimus, jam illa ætate Fidem Catholicam in  
 Bava-

Sæculum VI  
A. C. 591.

§. XIV.

*Donatistæ in Africa.*

2. *Epist.* 25. Sancti Gregorii cura vere paterna etiam ad Africæ Ecclesiam, quam adhuc dum non nulli Manichæorum & Donatistarum posteri turbabant, extendebatur. Primo Pontificatus sui anno datis litteris ad Gennadium Patricium & Africæ Exarchum, cujus in bello fortitudinem & domi Pietatem summis laudibus prosequitur, hortatur ad Hæreticos strenue reprimendos, *qui nullam non, inquit, in Ecclesiam insurgendi occasionem arripiunt. Mitte, qui moneant Episcopos Catholicos, ne illum sibi Primatelem eligant, qui tempore prior est in ordine, nulla habita meritorum ratione, nec more solito in Pagis sed in Urbe, quam elegerint, versetur, ut majore Auctoritate Donatistis resistere valeat. Si quis Episcoporum ex Numidia ad Sacram Sederem venire velit, plenam ei facultatem concede, & prohibe, ne quis se opponat. Nempe in Numidia consuetudine introductum fuerat, ut Primatelem eligerent Episcopum inter reliquos ordinatione Seniores; unde non raro fors ista in Episcopum*

---

Bavaria fuisse prædicatam, imo & Principes habuisse Catholicos, cum Theodelindam ex illius progenitam Catholicæ Religionis fuisse sciamus.

pum ignobilis Pagi, & virum tanto mu- Sæculum VI.  
 neri imparem cadebat. Episcopi Numi- A.C. 591.  
 diæ a Pelagio Papa petierant, ut anti-  
 quas suas Consuetudines a S. Petro ori-  
 ginem trahentes sibi conservare liceret;  
 id S. Gregorius ipsis concedit, at simul  
 prohibet, ne ad Primatis Dignitatem eve- 1. Epist. 75.  
 herent Episcopos, qui Donatistæ fuis-  
 sent. (\*)

Argentius Episcopus Lamiganus ac-  
 cusabatur, quod accepta pecunia Eccle- 2. Epist. 82.  
 siarum curam Donatistis commisisset. Epi-  
 scopus alius, cui nomen Maximianus,  
 dicebatur sordidi lucri amore permisisse,  
 ut in sua Civitate novus Episcopus Do-  
 natista constitueretur. De his S. Gre-  
 gorius ad Columbum Episcopum Numi-  
 diæ scripsit in hunc modum: *Exhortor*

X 3 te, ut

(\*) An Ordinationes ab Hæreticis factæ ali-  
 quando tanquam validæ in Ecclesia Catholica  
 fuerint receptæ, Quæstio est valde perplexa, &  
 necdum decisa. Gregorius IX. Sæc. XII. in Sy-  
 nodo Romana dicebat ad Episcopos; ut Dei Mi-  
 sericordiam in commune deposcerent, ut quid  
 super hoc scrupuloso negotio decernendum es-  
 set, nutantibus revelaret. Agebatur tunc de  
 Sacramentis a Simoniacis collatis; at de ordi-  
 natis ab Hæreticis multo difficilior est Resolutio.  
 Cui libuerit, videat Honoratum Turnelium Do-  
 ctorem Sorbon. hac super Quæstione adversus  
 Morinum disputantem. De Sacram. Ord. Quæst.  
 V. Art. I.

Sæculum VI. te, ut postquam Hilarius Chartularius no-  
A.C. 501 ster ad te pervenerit, Concilium gene-  
rale convocet, in quo Causa hæc exami-  
subjiciatur, & si factum testimoniis fu-  
erit probatum, Maximianus omnino de-  
ponatur.

Id quoque ad nos refertur, Donatistaru-  
 rum Hæresin in dies dilatari, eosque pecunias  
 dent, obtinere licentiam magnam Catholicorum  
 numerum rebaptizandi. Quam grave hoc malum sit,  
 & quantum peccemus, si nos Pastores non tantum gre-  
 gem Christi non augeamus, sed etiam a lupis rapacibus  
 aperte invadi toleremus, utique intelligis. Dominicus  
 Episcopus Carthaginensis data ad S. Gregorium e-  
 pistola, eidem Ordinationis honorem gratulabatur,  
 petebatque, ut sua Privilegia confirmaret. S. Gregorius  
 respondit: *scilicet* *velim, Nos, sicut nostra tuemur, etiam*  
*juscunq; alterius Ecclesiæ jura defendere.*

## §. XV.

*Patrimonium Ecclesiæ Romanæ.*

**E**cclésiæ Romana multa possidebat late-  
 fundia, quo Curatores mittebantur  
 qui ante Corpus S. Petri, priusquam  
 Munus subirent, Fidem dabant. For-  
 mulam, in quam jurabant, inter Epi-  
 stolas S. Gregorii habemus. Papa simul  
 illorum Fundorum incolis mandatum mitte-  
 bat, ut Curatori obedientiam præsta-  
 rent.

1. epist. 70.  
 7. ep. 17. 18.  
 19. 20. 21.

rent, & Præfecto aliisque Ministris pu- Sæculum VI.  
 blicis, ut eum tuerentur. Quandoque A. C. 591.  
 Defensor, quandoque Subdiaconus mit-  
 tebatur. Ejusmodi Patrimonia Ecclesiæ  
 Romanæ etiam in Africa erant, quæ Gen-  
 nadius Exarchus tam sollicitè curaverat,  
 ut etiam illis terris, in quibus deerant,  
 Colonos immitteret. Hinc S. Gregorius  
 data ad eum epistola, quam idem Hila- I. epist. 73.  
 rius Chartularius detulit, pro obsequiis  
 gratias agit, & Hilarium ipsius Patroci-  
 nio commendat. Chartularii ab initio  
 fuere Episcopo a Secretis & Chartarum  
 Custodes; tunc vero in Provinciis, quo Cong. Gloss.  
 mittebantur, aliqua Jurisdictione gau-  
 debant. S. Gregorius eundem in mo- I. epist. 3.  
 dum Paulo Scholastico Siciliæ Prætori  
 commendavit Petrum Subdiaconum,  
 quem, ut Ecclesiæ Romanæ Patrimonio  
 præffet, illo mittebat; erat autem Sa-  
 cræ Sedis Patrimonium in illa Insula am-  
 plissimum, quod ex litteris ad eundem  
 Petrum & Defensorem Romanum datis  
 dispicitur. Id quoque Petrus in man- I. epist. 1.  
 datis habebat, ut in Sicilia Vicarius Pa-  
 pæ esset, & interesset Concilio, quod  
 ut Episcopi singulis annis celebrarent,  
 Papa hortatur. Abbas aliquis Panormi- I. epist. 9.  
 tanus querelam attulit, quod coloni ad  
 Ecclesiam Romanam pertinentis prædii  
 adjacentem sui Monasterii fundum occu-  
 pare vellent. S. Gregorius data epistola



Sæculum VI. Subdiacono præcepit, ut in ipsum locum  
 A. C. 591. se conferret, & ab omni petitione abstineret, si Monasterium Possessionem quæ tam quadraginta annorum demonstraret.

Cum Petrusprehendisset, in administrandis Bonis Ecclesiæ in Sicilia sicut multos abusus irrepsisse, amplissimum Commentarium misit ad Papam, quæ omnia dubia & difficultates propositæ  
 I. epist. 42. accurate solvit. *Ex relatis videmus, requirit, quod agricolis, Ecclesiæ subditis, in tempore ubertatis pretium frumentum*

Patrimonium *minuatur; volumus autem, ut semper*  
 Ecclesiæ Romanæ. *vulgare pretium omnibus annis ipsis redatur. Nolumus etiam, ut damnnum frumenti, quod naufragio perierit, agricolæ ferre cogantur. Sed curæ tibi sit, ut annona opportuno tempore in Italiam devehatur. Contra æquitatem pugnat, ut frumentum in majore mensura pendatur, quam illa, qua in horrea Ecclesiæ inferatur. Prohibemus etiam, ne Locatores ultra id, quod ex contractu tenentur, quidquam dare compellantur, & rescindimus omnes exactiones sordidas, si pensionem pro singulorum facultatibus a te ræjunctam excedant. Ne vero post obitum nostrum novis oneribus vexari possint, volumus, ut ipsis ceterogaphum tradas, in quo pensio singulis imposita determinetur. Volumus autem, ut lucrum, quo Patrimonii Rector ex illis exactionibus fruebat*  
 tur,

*tur, tu ex ipsa pensione percipias. In primis cura diligenter, ne dum a Loca-* Sæculum VI.  
A.C. 591.  
*toribus tributum recipitur, falsa pondera adhibeantur, quod non nunquam fieri Subdiaconus Servus - Dei asserit se deprehendisse. Jube vetera confringi, & nova suggere.*

*Præterea comperimus, Colonos nostros ob solutionem primæ partis Pensionis debitæ vexari, cum enim illo tempore fructus necdum vendiderint, pecunias mutuas accipere & usuras dare coguntur. Hinc jubemus, ut ex ærario Ecclesiæ ipsis des, quantum ab exteris accepturi erant, illudque paulatim, prout reddere poterunt, ab ipsis recipias, ne annonæ, quæ ipsis ad pendendum Domino suo debitum suffecisset, si urgentibus Exactoribus eam vili pretio vendere cogantur, deinde non sufficiat.*

*Illud quoque cognovimus, nimium exigi a Colonis, dum nuptias ineunt. Volumus, ut exactio ista unum Solidum aureum non excedat, si divites nubant, & minus exigatur, si pauperes. Nec istud lucellum nobis sed Locatori cedat. Istud tributi genus more Dominorum Laicorum ab agricolis quasi semi-servis petebatur. Generatim Summus Pontifex S. Gregorii hanc Petro tradit Regulam: nolumus, ut Ecclesiæ ærarium sordido lucro inquinetur. In reliqua hujus epistolæ parte plures ejusmodi Regulæ præscribuntur, unde videmus,*

Sæculum VI. demus, quam sollicitus de rebus singulis S. Gregorius Papa fuerit, cui in hoc per Ecclesiæ Romanæ Regimen, & curam omnium Ecclesiarum in Italia, atque Ecclesiæ Universalis incumberebat; sed multum laborem Summo Pontifice indignum existimabat, quo Patrimonia Ecclesiæ in optimo statu conservarentur, & in primis Sanctæ Justitiæ Leges observarentur.

12. epist. 30. Eadem sollicitudo minimorum apparet ex alia epistola, quam S. Gregorius ad eundem Petrum post annos duos nempe anno 593. dedit, cum ille Romam rediturus esset. In ea inter alia dicit: *offer nobis pensiones nonæ & decimæ Institutionis & omnes rationes* (duæ istæ Institutiones annos 591. & 592. indicant) tum ipse relinquit arbitrio, ut illos, quos videbitur, diversis Patrimoniis se absente præponat. Erant hi Defensores, quibus Rector adjutoribus utebatur. Monet, ut locorum Præfectis pro more bona distribuat, & addit: *id facias per manus illorum, quos pro te Vicarios vel quis, ut Præfectorum Benevolentia concilietur.* Et deinde: *Si aliquos Liberos timentes Deum noveris, quos temporaria initiari oporteat, ut sub Rectore Patrimoni Curatores sint, rem maxime approbo.* Inde videmus, ad hanc Administrationem solos Clericos fuisse admotos sed

sed Clericos minores, quorum Præpositus Subdiaconus esset. In fine S. Gregorius subjungit: *misiſti mihi equum reſtitantem, & afinos quinque bonos. Equum hunc conſcendere non poſſum, quia reſtitat, ſed nec afinos, quia afini ſunt. Si vis rei noſtræ domesticæ conſulere, mitte talia, quæ nobis conveniunt, & quibus uti poſſimus.* Ex his verbis pronum eſt judicare, magna ſtabula S. Gregorio non fuiſſe.

## §. XVI.

*S. Gregorii Largas.*

Sanctus Gregorius Magnus ingentes Eccleſiæ redditus, quos maxima diligentia conſervabat, non minore Sapientia & Charitate elargiebatur. Cum S. Gelasium Papam in omnibus imitandum ſibi propoſuiſſet, Syllabum omnium Patrimoniorum Eccleſiæ ab ipſo conſectum inſpiciebat, & quanti, ſi cum parata pecunia conferrentur, æſtimari poſſent, penſabat; tum illos redditus in omnes Clericos, Familiares ſuos, Monasteria, Eccleſias, Cœmeteria, Diaconias, Civitatis Romanæ & Viciniæ Hoſpita munifice ſpergebat. Quantum ſingulis hominum Ordinibus tribuendum eſſet, quatuor anni temporibus, ad Feſta Paſchalia, ad Feſtum S. Petri, S. Andreæ, & in Die Ordinationis ſuæ in Tabulis

Joan. Diac.  
II. c. 24.

anno-

Sæculum VI. annotaverat, atque idem Distributionis  
 A. C. 591. ordo post lapsum trecentorum annorum  
 etate Joannis Diaconi adhuc dum obse-  
 vabatur. In Palatio Lateranensi repositum  
 erat magnum volumen, quod nomina  
 mina omnium pauperum, quibus S. Gregorius  
 opitulari solebat, eorum etatem  
 conditionem tam in urbe, quam in locis  
 vicinis, & etiam in Provinciis remotis  
 continebat. Præterea in Die Paschæ  
 tempore matutino, sedens in Ecclesia  
 Vigiliæ Papæ, prope quam habitabat, datus  
 osculum pacis Episcopis, Presbyteris,  
 Diaconis & aliis Viris in Dignitate  
 constitutis, simul illis Solidos aureos ele-  
 giebatur. Prima singulorum Mensium  
 die pauperibus res ipsas pro temporum  
 ratione scilicet frumentum, vinum, ca-  
 seum, legumina, lardum, carnes, pisces,  
 oleum distribuebat; viris vero principibus  
 vinum dulce & cupedias proponebat.  
 Item Sanctissimi Patris jussu singulis  
 diebus in qualibet urbis platea aegrotis  
 & debilibus constituta elemosina a ministris  
 ad hoc opus delectis erogabatur. Antequam  
 cibum ipse caperet, aliquam partem de  
 mensa sua notis pauperibus mendicare  
 erubescens mittebat. Cum aliquando pauper  
 in plateæ remotæ angulo mortuus fuisset  
 inventus, S. Gregorius a Missæ celebratione  
 per aliquot dies abstinuisse fertur, quod  
 se homicidii reum crederet.

Afferamus aliqua Largitatis hujus S. Sæculum VI.  
 Pontificis exempla, quæ anno Pontifica- A. C. 591.  
 tus ejus primo occurrunt. Petro Sub- I. epist. 18.  
 diacono in mandatis dederat, ut cuidam,  
 nomine Marcello, in Monasterio S. Adria-  
 ni Panormi ad agendam pœnitentiam in-  
 cluso annum subsidium conferret. *Da*  
*illi, scripsit Sanctus Vir, quod ad ipsum*  
*alendum & vestiendum cum uno famulo*  
*sufficere tibi visum fuerit, & quod expen-*  
*deris, ratum habebō.* In alia epistola ei- I. epist. 44.  
 dem Petro præcipit, ut Godeftaldo, vi-  
 ro generosis Natalibus, sed pauperi &  
 cœco singulis annis viginti quatuor mo-  
 dios frumenti, phaseolorum totidem,  
 & certam vini copiam daret. Præcipit  
 etiam Anthemio Subdiacono, Patrimo- I. epist. 23.  
 niorum in Italia Reçtori, ut Monialibus  
 Nolanis anno nonæ Indictionis tunc la-  
 bente id est anno 591. quadraginta au-  
 reos, & annis sequentibus viginti lar-  
 giretur. Item duos aureos cuidam Pres-  
 bytero, cui nomen Paulinus, & duo-  
 bus Monachis oratorio S. Michaelis ser-  
 vientibus. In alia epistola ad eundem  
 Anthemium dicit: *A me discedentem* I. epist. 37.  
*monui te, ut egenorum curam gereves;*  
*recordor etiam me, cum tibi scriberem,*  
*idem mandatum dedisse, utque etiam datis*  
*litteris mibi illos indicares, qui ope alie-*  
*na indigerent. Vix tamen unum alterum-*  
*ve mibi indicasti. Volo autem, ut quam-*  
*primum*

Sæculum VI. *primum hoc meum Mandatum ad te perve-*  
A.C. 591. *nerit, Pateriæ Cognatæ meæ quadrages-*  
*ta aureos Solidos, quo subsidio ejus fami-*  
*liaves calceari possint, & quadringento*  
*Modios frumenti tradas. Palatinæ Ur-*  
*bici Viduæ viginti Solidos, & trecento*  
*Modios. Totidem Vivianæ Felicis ve-*  
*duæ. Summatim dabis octoginta Solidos,*

i. epist. 57. *quos a te fuisse expensos ratum habeo. In*  
 alia epistola jubet, ut triginta aureos de  
 singulis annis Palatinæ ex ordine Illu-  
 strium Fœminæ, & bellorum calamita-

i. epist. 65. *te ad egestatem redactæ. Rursus in alia*  
 epistola jubet, ut cuidam, cui nomen  
 Pastor, viginti tres modii frumenti, &  
 fabarum seu Phaseolorum undecim ad  
 ipsum, uxorem, & duos liberos alendos

i. epist. 54. *tradantur. In alia epistola Summus Pon-*  
 tifex Subdiaconum nomine Petrum cer-  
 tiorem facit, quod Oratorium S. Me-  
 riæ in Monasterio Mariniani Abbatis de-  
 dicaturus esset, & addit: *quia vero De-*  
*mus illa inops est, ad istius Celebritatis*  
*sumptus & nos quidquam conferre oportet,*  
*hinc volumus, ut tradas decem Solidos au-*  
*reos, triginta vini amphoras, ducento*  
*frumenti modios, duos cados olei, verve-*  
*ces duodecim, & gallinas centum. Hæc*  
*a te expensa rata habeo. Hic videmus*  
 illa adhuc ætate morem obtinuisse, ut in  
 Dedicatione Ecclesiarum talia convivii  
 apta distribuerentur; nempe necdum pri-  
 morum

morum Sæculorum *Agapes* hominum memoria deletæ erant. Omnes has epistolas, quas memoravi, primo Pontificatus sui anno S. Gregorius dedit; sequentibus vero annis nihilo minus misericors & munificus fuit.

Sæculum VI.  
A. C. 591.

Elias Isauriæ Abbas S. Gregorium rogaverat, ut sibi ad sublevandam Monasterii sui necessitatem quinquaginta aureos daret; tum veritus, ne nimium petiisset, rogavit, ut sibi quadraginta & postea minorem numerum daret. S. Gregorius, ne discretionem illo minor videretur, primum ei quinquaginta dedit, mox addidit decem, & iterum duodecim, nempe universim Solidos septuaginta duos. Cum sciret Felici Episcopo Portuensi domesticos deesse, donavit ei juvenem servum octodecim annorum in prædio Ecclesiæ natum. Episcopo alteri misit vestes, quibus in hyeme frigus arceret. Non modicum peregrinorum numerum alebat tam in diversis Provinciis, quam Romæ, quo Longobardorum furorem formidantes confugiebant. S. Gregorio jubente ipsius Sacellanus quotidie duodecim peregrinos ad Pontificis mensam invitabat, quos inter aliquando S. Angelum Custodem suum & alia vice ipsum Jesum Christum suscepisse narratur.

4. epist. 30.

10. epist. 52.

10. epist. 53.  
S. Gregorii  
Largitas.

Jan. Diac.  
II. c. 22. 23.

Cum



Sæculum VI. Cum vero S. Gregorius in omni-  
 A. C. 591. neris homines esset munificentissimus,  
 ipse tamen a nemine dona accipere vo-  
 lebat. De hac re ad Felicem Episcopum  
 Messinensem scribit in hunc modum.

I. epist. 64. *Dimittamus illas consuetudines, quæ Ec-  
 clesiis onerosæ sunt, ne in hunc locum, ve-  
 de accipere ipsæ deberent, sua asferre co-  
 gantur. Consuetudinem circa alios Cle-  
 ricos observa, & singulis annis mitte eis,  
 quod usus invexit; nobis vero nolumus  
 ut deinceps quidquam mittas. Nam,  
 quia dona accipere recusamus, quamvis  
 Palmas a te ad nos missas grato animo  
 receperimus, jussimus, eas venundari, &  
 pretium ad vos remisimus.*

## §. XVII.

*Episcopatus conjunguntur.*

Cum bellantium furor jam ab annis sex-  
 xaginta Italiæ urbes everteret, &  
 Ecclesias turbaret, S. Gregorius susce-  
 II. ep. 35. pto Pontificatu nihil antiquius habuit,  
 quam afflictas fovere; ne igitur pauculi,  
 qui in iis supererant Fideles, sine Pasto-  
 re essent, illarum Ecclesiarum curam vi-  
 cinis Episcopis committere statuit.

I. epist. 8. Bacanda Episcopus Formiensis petit  
 a Summo Pontifice facultatem uniendo  
 Ecclesiam Minturnensem, in qua nec po-  
 pulus nec Clerici supererant, Ecclesie  
 suæ, ut ejus paupertati consuleretur.  
 Equum

Æquum petere visus est Pontifici, qui Sæculum VI.  
 ei omnes Reditus, & jura Ecclesiæ Min- A.C. 591.  
 turnensis concessit. Comperto, quod I. ep. 15.  
 Ecclesia Populoniensis ita esset deserta,  
 ut nec morientibus Pœnitentia, nec in-  
 fantibus Baptismus administraretur, ad  
 Balbinum Episcopum Rosellanum manda-  
 ta misit, ut Visitatoris munus suscipere-  
 t, & illius Ecclesiæ curam; unum etiam  
 Presbyterum Cardinalem, Diaconos  
 duos, & tres Presbyteros in Parochiis  
 ruralibus constitueret. Tunc Cardina-  
 les dicebantur Episcopi Presbyteri &  
 Diaconi Titulares, certæ Ecclesiæ addicti,  
 ut distinguerentur ab illis, qui alicujus  
 Ecclesiæ ad tempus vel ex aliorum man-  
 dato ministrabant.

S. Gregorius pari modo Felici Epis- I. epist. 51.  
 copo Sipontino præcepit, ut Canusii duos  
 saltem Presbyteros constitueret, qui Pa-  
 rochiis ruralibus præessent. Ecclesias L. II. ep. 31.  
 Civitatum Misenenfis & Cumanæ, quæ  
 erant vicinæ, & ita vastatæ, ut duobus  
 Episcopis opus non esset, conjunxit, &  
 ambas commisit Benenato, data faculta-  
 te residendi ubi ipsi magis commodum,  
 & utilius videretur, adjecta tamen con-  
 ditione, ut pariter illius Ecclesiæ, in qua  
 non resideret, curam gereret, & alios  
 delegaret, qui ibi Divina Mysteria cele-  
 brarent. Simili ratione Ecclesiam Trium II. epist. 35.  
 Tabernarum, ad incitas redactam, cum II. epist. 11.

*Hist. Eccles. Tom. VIII.*

Y Ec-

**Sæculum VI.** Ecclesia Velitrensi conjunxit; Joannem  
A.C. 591. Velitrensem vero Sedem Episcopalem  
 mutare, & alio, ubi ab hostili incurfione  
 securior degeret, ponere jussit.

**II. Ind. II.**  
**ep. 13. 14.**

Agnelo Episcopo Fundano ad Episco-  
 patum Tarracinensem per Electionem vo-  
 cato Papa lubentissime consentiens, Ec-  
 clesiæ Tarracinensi univit Fundanam,  
 Bellorum calamitatibus usque adeo de-  
 vastatam ut omnino Incolæ deessent;  
 Titulum tamen illius Ecclesiæ suppri-  
 mere noluit. Joanni Episcopo Lissitano  
 in Dalmatia, capta ab hostibus urbe, pul-  
 so S. Gregorius Episcopatum Cardinali-  
 tium Scyllaceum in Italia contulit, præ-  
 cipiens, ut ad priorem suam Ecclesiam

**II. epist. 25.** rediret, si ea Libertatem aliquando re-  
 cuperaret.

**I. epist. 43.**

Cum multi Episcopi in Illyrico inter  
 Belli tumultus e Sedibus suis migrare  
 compulsi fuissent, jussit Imperator, ut re-  
 jecti ad illos se reciperent, quibus in Ec-  
 clesiis suis remanere licuisset, & ab iis-  
 dem necessaria alimenta acciperent.  
 S. Gregorius hæc Cæsaris Mandata ab il-  
 lius Provinciæ Rectore edoctus, datis  
 litteris omnes Illyrici Episcopos hortatus  
 est, ut facerent quod jubebantur, non  
 Imperatori modo, sed etiam Deo obse-  
 quentes, præcipienti, ut Beneficia tem-  
 poralia ipsis inimicis nostris, si occasio  
 postulaverit, præstemus. Porro decla-  
 rat,

rat, his Episcopis e Sedibus suis pulsis Sæculum VI,  
A. C. 592.  
 in illis Ecclesiis, in quibus suscepti fue-  
 rint, nullam fore Auctoritatem, sed con-  
 tentos esse oportere, si vitæ necessaria  
 ipsis præbeantur. Martinus Episcopus I. ep. 77. 79.  
 Tamitanus ex Civitate sua Bellorum tem-  
 pore eversa fugiens sine spe illuc un-  
 quam revertendi petiit Ecclesiam Ale-  
 riensem in eadem Insula a multo jam  
 tempore vacantem sibi concedi; con-  
 sensit Pontifex, eumque illius Ecclesiæ  
 Episcopum Cardinalem esse iussit. II. epist. 10.  
 Imo exemplum Institutionis ad Parochiam  
 in alia Diœcesi quam Romana positam  
 reperimus. Occurrit S. Gregorii Episto-  
 la data ad Episcopum, cui nomen Im-  
 portunus, in qua significat, quod Domi-  
 nico Presbytero illius Epistolæ latori a-  
 liquam Ecclesiam destinasset, jubetque,  
 ut ipsi reditus fructusque anni jam præ-  
 teriti tradat.

## §. XVIII.

*Electio Episcoporum.*

Sancto Gregorio Electio Episcoporum in  
 Italia & Sicilia in primis curis erat,  
 quippe in illis Provinciis magna Aucto-  
 ritate vigeat. Demetrio Episcopo Nea-  
 politano, qui ob admissorum criminum II. epist. 3.  
 enormitatem secundum Justitiæ rigorem  
 & Leges Divinas humanasque capite  
 plecti meritis fuisset, deposito, ideoque  
 illa

**Sæculum VI.** illa Ecclesia vacante, S. Gregorius datis  
A. C. 592. ad Clericos, Nobiles, Magistratus, Popu-  
 lumque, Epistolis monuit, ut posita om-  
 ni mora Episcopum eligerent. Interim  
 Paulum Episcopum Nepefinum Visita-  
 torem Neapolim misit. Is populo Nea-  
 politano tam gratus fuit, ut a Papa de-  
 posceret, eundem sibi Episcopum Titu-  
 larem dari; at Papa in re gravissimi  
 momenti diutius sibi deliberandum ra-  
 tus, interim Paulum per Epistolas hortat-  
 us est, ut populum diligenter edoceret  
 & Clericos, hos etiam ordinaret, manu-  
 missionem Servorum in Ecclesia recipere-  
 ret, & pro more Clericis salaria & met-

*II. ep. 12.* cedem daret. Paulus cum aliquot Men-  
 ses Neapoli transegisset, Papam roga-  
 bat, ut cito huic Ecclesiæ Episcopum da-  
 ret; quippe tamdiu a parva Sede sua  
 Nepefina abesse impatienter ferebat.  
 Verum rem adhuc ulterius differre

*II. ep. 20.* S. Gregorio videbatur necessarium, ut  
 Ecclesiæ Neapolitanæ in futura tempora  
 paterne provideret. Deinde Festis Pa-  
 schalibus imminentibus quemdam Epis-  
 copum nomine Joannem in Ecclesia Ne-  
 pesina Sacra peragere iussit, & ibi, quam-  
 diu Paulus abesset, Visitatorem perma-  
 nere. Itaque utile esse S. Gregorius  
 arbitrabatur, si Episcopum a parva Ec-  
 clesia, in qua Titularis esset, avocaret, ut  
 majorem ex Mandato ad tempus regeret,  
 nam

nam S. Patri Salus Fidelium suprema Sæculum VI.  
A. C. 592.  
lex erat.

Mense Dec. eodem anno 592. Neapolitani ad Papam miserunt Decretum Electionis, quo Florentium Ecclesiæ Romanæ Subdiaconum in Episcopum cooptabant. At ille oblatam Dignitatem inter multas lacrymas suscipere recusavit, non enim moveri poterat, ut Neapolim iret; quæ res tanto dolore S. Gregorium affecit, quanto gaudio prius huius Viri Electionem perceperat. Ergo illos, qui Decretum attulerant, dimittit cum Epistola ad Scholasticum Ducem Campaniæ data, in qua rogat, ut Civitatis Neapolitanæ Primores, populumque ad eligendum alium Episcopum convocet. *Si vero, subjungit, nullum inter vos Virum habeatis, in quem omnium vota conspirent, saltem seligite Viros tres, quorum probitas & sapientia omnibus perspecta sit, eosque hac ad nos totius vestræ Civitatis nomine mittite; forte Romæ Virum inventuri sunt dignum, qui Episcopus vester sit.* Hic exemplum Electionis per Compromissum videmus.

II. Ind. II.  
ep. 15.  
Electio Episcopi Neapolitani.

Cum Pontificis Admonitionem nullus secutus fuisset effectus, alteram huic similem Mense Majo sequente anno 593. misit datis litteris ad Petrum Subdiaconum Campaniæ verisimiliter Patrimonii Rectorem. Jubet, ut Clericos Ecclesiæ

ibid. ep. 35.

Sæculum VI. Neapolitanæ excitet ad duos tresve  
A. C. 592. gremio ipsorum nominandos, & Roman

mittendos, qui totius Civitatis nomine  
 Episcopum eligerent, & addit: *Illos etiam mone, ut omnia vestimenta Episcopi  
 & necessariam ad ejus sustentationem pecuniam afferant.* Nempe eligendus Romæ etiam consecrandus erat, inde Neapolim profecturus. Interim Paulum Episcopum rogare non cessantem, ut remitteretur ad Ecclesiam suam Nepefinam, a qua jam Mensibus circiter octodecim aberat, Papa æquam ejus postulationem existimans Petro Subdiacono in Mandatis dedit, ut ei ex ærario Ecclesiæ Neapolitanæ centum solidos aureos & ad ejusdem arbitrium parvum Orphanum (id est mancipium) tradi curaret. Tandem antequam Mensis Augustus inito anno 593. Fortunatus Episcopus Neapolitanus ordinatus est. Id enim ex duobus S. Gregorii epistolis discimus.

*II. Ind. II.* dem antequam Mensis Augustus inito  
*epist. 59. 61.* anno 593. Fortunatus Episcopus Neapolitanus ordinatus est. Id enim ex duobus S. Gregorii epistolis discimus.

*I. ep. 55. 56.* Pars aliqua civium Ariminensium electum sibi Episcopum Odeatinum misit ad S. Gregorium, ipsius manibus consecrandum. Id facere S. Papa renuit, respondens, ut alium eligerent; *Si vero, inquit, in vestra Civitate neminem existere existimetis ad subeundum Munus Episcopatum parem, hujus Epistolæ meæ Lator virum nominabit, a vobis eligendum.* Hic videmus, jus Pontifici fuisse illos ab Electione

ctione excludendi, qui ipsi non proba- Sæculum VI.  
 rentur. Verum eorum importunitati A.C. 592.  
 cedens dedit ipsis Episcopum Castorium, II. Ind. 10.  
 licet ipsum ob simplicitatem ingenii huic ep. 22.  
 Ecclesiæ regendæ imparem crederet. Nec II. Ind. 11.  
 aberravit a vero Pontifex, nam Casto- ep. 34. 35.  
 rius cum populum haberet refractarium  
 seque despectum cerneret, ex animi mœ-  
 rore ægrotare cœpit; hinc S. Grego-  
 rius illo absente Leontium Episcopum  
 Urbinensem Ecclesiæ Ariminensis Visita-  
 torem constituit. Quandoque unum II. ep. 29.  
 Visitatorem pluribus Ecclesiis propinquis  
 dabat. Quandoque mittebat Presbyte- I. ep. 78.  
 rum, qui Ecclesiæ vacantis curam susci-  
 peret, & Electionem promoveret. Vo-  
 lebat, ut Episcopus ex illa ipsa Civitate,  
 ubi Sedes vacabat, si possibile esset, eli-  
 geretur. Tum Episcopus electus cum II. epist. 19.  
 Decreto Electionis & Visitatoris Episto- II. ep. 15. 17.  
 lis Romam veniebat, ut ibi ordinare-  
 tur.

Non minori curæ Ecclesiæ Siciliae,  
 quam Italiae S. Gregorio erant. Anno  
 Pontificatus sui primo datis ad Petrum  
 Subdiaconum Patrimonii Siciliae Recto- I. epist. 18.  
 rem litteris præcepit, ut, si quæ Eccle-  
 siæ Episcoporum suorum crimine vaca-  
 rent, viros idoneos, qui indignis succe-  
 dere possent, sive ex Clericis illarum  
 Ecclesiarum, sive ex Monasteriis exami-  
 ni subjiceret, & si cognosceret probos  
 Y 4 esse,



Sæculum VI. esse, Romam mitteret. *Si autem, inquit,*

A. C. 592. *in ipsis locis neminem idoneum invenias,*

*id tamen ad nos perscribe, ut Deus provideat.*

II. epist. 4. Maximianum Monachum &

Abbatem S. Andreae Romæ, S. Gregorii

in paucis amicum, Episcopum Syracusanum ordinatum

Mense Dec. Indictione

decima anno 591. Vicarium suum per

totam Siciliae Insulam pronunciavit, data

potestate in ipsis locis minores causas

definiendi, majoribus sibi reservatis. Ad-

didit, se istam Prærogativam ipsius Per-

sonæ non autem officio annexam velle.

II. ep. 16.

II. ep. 13.

Maximiano deinde Summus Pontifex

mandavit, ut Paulinum Episcopum Tau-

rominiensem in Calabria ad Sedem Li-

parensensem vacantem transferret, & Pau-

lino ut sine tergiversatione obediret.

Inde conjiciendum, quod Paulinus huic

præcepto repugnaverit. Jubet etiam,

ut Ecclesiam Taurominiensem vísitet, sed

Sedem Liparæ figat.

II. ep. 18. Felix Vir Consularis S. Gregorium

certiorem fecerat, in Sicilia Presbyterum

existere Episcopali apice dignum.

Jussit illico, ut Maximianus Presbyterum

accerseret, & adjunxit: *Si eum Episco-*

*pali Dignitate dignum judicaveris, post-*

*quam exploraveris ejus Scientiam & mo-*

*res, ad nos mitte; eumque ad quamdam*

*Sedem vacantem ordinabimus.*

## §. XIX.

Sæculum VI.  
A. C. 592.*Jurisdictione Papæ.*

**H**æc S. Gregorius in illis solummodo Ecclesiis curabat, quæ speciatim a Sacra Sede dependebant, ideoque Suburbicariæ dicebantur, quales erant Ecclesiæ in Parte Meridionali Italiæ sitæ, ubi ipse solus erat Archiepiscopus, item Ecclesiæ Siciliae, aliarumque Insularum, quamvis illæ Metropolis haberent. At non legimus Papam eadem Potestate in Provinciis Episcopatus Mediolanensi, vel Aquilejensi subordinatis, vel in Hispania, aut Galliis immediate usum fuisse. Id vero veritati est consentaneum, quod in Galliis Vicarium suum, nempe Episcopum Arelatensem, sicut etiam Episcopum Thessalonicensem in Illyrico Occidentali habuerit. Præterea Pontifex Ecclesiarum Africae curam gerebat; hortabatur præsertim, ut Synodi suo tempore celebrarentur, & observarentur Canones. Illud vero non occurrit, quod Jurisdictionem hanc singularem in illis Provinciis, quæ ad Imperium Orientis pertinebant, scilicet quatuor Ecclesiis Patriarchalibus Alexandrina, Antiochena, Jerosolymitana, & Constantinopolitana exercuerit. Papæ cum omnibus his Patriarchis Communio Ecclesiastica & Epistolarum commercium intercedebat,

Y 5

sed

Sæculum VI. sed curam particularem Ecclesiarum  
A.C. 592. lis subjectarum non suscipiebat, nisi so-  
 lito majora componenda occurrissent.  
 Multitudo ingens Epistolarum S. Gre-  
 gorii nobis occasionem præbet ista de-  
 stinguendi, ne quis putet, prædicta jura  
 quæ in quibusdam Ecclesiis exercebantur  
 indiscriminatim ad omnes esse exten-  
 denda.

## §. XX.

*Epistola ad Venantium.*

I. ep. 33.

Venantius vir nobilis aliquando Mon-  
 achum professus, eum deinde exui-  
 uxorem duxit, atque tunc Cancellarius  
 Italiæ munere fungebatur, quod jam ex-  
 inde erat spectatissimum, eique aliquam  
 jurisdictionis partem in totam Provin-  
 ciam dabat. Hunc virum S. Gregorius  
 numero amicorum suorum adscripserat,  
 & multi credebant, quod jam Episcopus  
 ordinatus raro ad eum Epistolas escri-  
 raturus esset; verum S. Papa creditum  
 nullatenus sibi esse silendum, postquam  
 ad summum Prælaturæ fastigium fuisse  
 evectus. Ergo ad Venantium scribens  
 inquit: *Nibil obstet, quo minus loquar  
 tibi, etiamsi importunus accidam;* quæ

(\*) Nempe talia, quæ curam Pontificis, quo-  
 tenus Caput & Pastor Ecclesiæ Universalis esse  
 exigebant.

*ex toto corde salutem tuam quæro, & Sæculum VI.*  
*perditionis tuæ particeps esse nolo. U- A. C. 592.*  
*tique meministi quem habitum gesseris,*  
*& quam turpiter lapsus fueris? Cogita*  
*quam horrendum iudicium experturus*  
*sis, tu, inquam, qui non aliquas forsi-*  
*tan pecunias sacrilego furto Deo abstuli-*  
*sti, sed te ipsum, cui te sub habitu Mo-*  
*nastico consecraveras! tam vehementi*  
*mæstitiæ sensu obruor, ut vix vires mi-*  
*hi sint ducendo calamo sufficientes, & ta-*  
*men intolerabilia tibi videntur, quæ scri-*  
*bo, erubescis, oculos, vultum avertis.*  
*Verum enimvero si ferre non potes ex-*  
*probrationem hominis, qui cinis & pul-*  
*vis est, edic, Charissime! quantum exhor-*  
*resces, cum Creator tuus ad iudicandum*  
*venerit? accepta mea Epistola, scio enim,*  
*convocas amicos tuos, & super Salute tua*  
*consulis homines exitii tui complices,*  
*mortis tuæ Auctores; homines qui arre-*  
*pta favente occasione, quæ auribus tuis*  
*grata sunt, occinunt, qui pecunias tuas*  
*plusquam te amant, si tamen ullatenus*  
*te amare dici possunt. Si bonum consi-*  
*lium quæris, meum accipe; nemo tibi*  
*melius consulere potest, quam qui te, non*  
*tua, amat. Si zelus meus suspectus tibi*  
*esse meruit, totam Ecclesiam ad consilium*  
*vocabo, & quidquid communi consensu*  
*decretum fuerit, sequar. Venantius non V. IX. ep. 25.*  
*est 31.*

Sæculum VI. est conversus, nec ideo S. Gregorius  
 A.C. 592. micitiæ ejus renunciavit. (\*)

## §. XXI.

*Judæi convertuntur.*

I. ep. 3. 4.

Sub idem tempus anno 591. quidam  
 Judæus, cui nomen Joseph, ad S. Gregorium querelam attulit contra Petrum  
 Episcopum Terracinensem, quod, cum  
 Judæos ex uno loco, in quo congregari  
 solebant, ejecisset, & licentiam dedisset,  
 ut in alio congregarentur, jam etiam ex  
 isto pellere niteretur. *Si ita est*, inquit  
 S. Gregorius, ad Episcopum istum scri-  
 bens, *volumus, ut conquerendi causam  
 tollas; quippe Infideles mansuetudine,  
 benignitate, hortatu ad Religionem Christi-  
 anam attrahendi sunt, non autem mi-  
 nis & terrore arcendi.*

Anno 598. Judæi Calaritani ex ur-  
 be, Sardinia Metropoli, Romam vene-  
 runt querentes, quod aliquis eorum, cui  
 nomen Petrus, suscepta Christiana Re-  
 ligione, altera post Baptismum die (id  
 est Die Paschæ) perditorum hominum  
 turba stipatus, eorum Synagogam vi  
 occupasset, & illuc Imaginem S. Virgi-  
 nis,

(\*) Ex hoc exemplo patet, necdum illa æ-  
 tate Monachos ad Sæculum redeuntes auxilio  
 brachii Sæcularis ad stabilitatem fuisse compul-  
 sos.

nis, Crucem, & vestem candidam, quam in Baptismo acceperat, intulisset. S. Gregorius datis ad Januarium Episcopum Calaritanum litteris laudat eundem, quod vi acta non approbasset, & hortatur, ut Imagine & Cruce, ea tamen qua par est reverentia, ablatis omnia in statum priorem restituat, & addit: *Sicut enim Legibus cautum est, ne Judæi novas Synagogas ædificent, ita etiam per easdem Leges licet ipsis veteres quiete possidere. Ea moderatione cum ipsis agamus, ut invitantes nos lubenter audiant, sed invitandis non sunt, cum scriptum sit: Voluntarie sacrificabo tibi.*

In eodem spiritu lenitatis S. Gregorius ad Petrum Subdiaconum & Cyprianum Diaconum Patrimonii in Sicilia Rectores scripserat. *Relatum est mihi, inquit, in fundis nostris Judæos reperiri, qui converti nolunt. Volo, ut missis per omnes illos fundos Epistolis meo nomine Judæis promittatis, illis, qui se converterint, Pensionem esse minuendam, ita ut illi, qui pendit unum Solidum aureum, pars tertia remittatur, qui tres quatuorve pendit, uno minus imposterum solvat. Nec timendum est, ne ista redituum nostrorum diminutio nullam utilitatem Spiritualem referat, quamvis enim ipsorum non satis sincera esset conversio, liberi tamen eorum meliore fide baptizabuntur.*

Econtra

Sæculum VI.  
A. C. 592.

VII. epist. 5.  
ind. 2.

Psal. 53. 8.

XII. ep. 30.

IV. ep. 6.

Judæi.

Sæculum VI.

A. C. 592.

*II. ep. 37.  
ind. II.*

Econtra S. Gregorius data ad Libertinum Siciliae Præfectum Epistola rogavit, ut reprimeret temeritatem ejudam Judæi, cui nomen Nasas, qui Prophetæ Eliæ Nomini ara erecta aliquos Christianos, ut illuc adoratum irent, seduxerat. Idem etiam mancipia Christiana, contemptis Legibus, emebat: nam data pecunia priorem Præfectum nomine Justinum corruerat, ut impunitus abiret.

*I. ep. 45.*

Anno primo, quo S. Gregorius S. Petri Sedem tenebat, aliqui Judæi Itali, quæ mercaturæ causa sæpiuscule Massiliam devehebantur, ad Pontificem querelas attulerunt, quod ibi Judæi magno numero non tam Prædicatione, quam adhibita, baptizarentur. Hac super re S. Gregorius ad Virgilium Episcopum Arelatensem, & Theodorum Episcopum Massiliensem scripsit in hunc modum: *Laudo intentionem vestram; verum quia ea in Scriptura fundetur, timeo, ne his ipsis, quos adjutos vultis, noceat, & si necessitate magis quam voluntate ad Baptisma accesserint, deinde graviore lapsu ad pristinam superstitionem redeant. Prostat itaque illos fidem edocere, & Jesum Christum prædicare, ut erudiantur & vere convertantur.*

## §. XXII.

Sæculum VI.  
A.C. 592.*Sancti in Gallia.*

Triennium effluxerat, ex quo S. Virgilius Insula Arelatensi redimitus fulgebant. Is in Aquitania natus relictis patris Bonis (erat autem opulentissimus) vitam Monasticam in Insula Lerinensi amplexus est. Postea ad S. Symphorianum Augustoduni Abbas præficitur, atque inde ad Episcopatum Arelatensem, Licerio Episcopo fati functo, anno Regis Childeberti decimo tertio, JESU Christi 588. Syagrii Episcopi Augustodunensis potissimum opera vocatur. Ex non nullis, quæ in Gallia occurrunt, exemplis videmus, quod vix crimini duceretur, Judæos vi compellere, ut Christiani fierent. Cum S. Avitus Episcopus Claromontanus Judæum aliquem convertisset, eumque cum cæteris Neobaptizatis ad Ecclesiam deduceret, Judæus alius subito conversi caput foetente oleo perfudit; mox populus facti insolentia irritatus Judæorum Synagogam destruxit; S. Avitus vero ad eos misit, qui suo nomine dicerent: *Nolo cogere, sed ad Fidem in JESUM Christum vos invito, & si credere respuitis, hinc vos auferte.* Plerique se in JESUM Christum credere edixerunt, & numero ferme quingenti baptizati sunt; qui noluerunt bapti-

*vita. to. 2.*  
*Act. Ben.**p. 55.**Greg. Tur.*  
*IX. c. 23.**Greg. V.*  
*hist. c. 11.*



Sæculum VI. baptizari, Massiliam se receperunt. Chil-  
 A. C. 592. pericus Rex anno 582. Regni sui 20  
 Id. VI. hist. multos Judæos baptizari curavit, & ab  
 c. 17. quos eorum e sacro fonte levavit; ve-  
 rum non nulli etiam post Baptismum  
 præter diem Dominicam Sabbatum ce-  
 lebrabant. Unus ex iis nomine Pri-  
 cus nulla ratione permoveri poterat, ut  
 se converteret; Rex iratus eum carceri  
 dari iussit, ut saltem Doctrinam Christia-  
 nam auscultare cogeretur; sed ecce! ab-  
 quo post tempore ab alio Judæo conver-  
 so, Regis Filio iustrali, occiditur.

Eodem anno, quo S. Gregorius ad  
 duos Episcopos Galliæ scripsit nempe an-  
 no 591. Childeberti decimo sexto S. Sa-  
 Greg. Tur. picus Severus Episcopus Bituricensis ad  
 X. hist. c. 26. Cœlestia migravit 29. Jan. qua die Ec-  
 clesia ipsius memoriam colit. Is ab an-  
 no 584. illam Sedem annis septem obe-  
 Mart. Rom. nuerat, atque Eustasium Ecclesiæ Augu-  
 29. Jan. stodonensis Diaconum habuit Succes-  
 Greg. ibid. rem. Cum eodem anno Ragnemodus  
 seu Raymundus Episcopus Parisiensis  
 decessisset, & Faramodus Presbyter Fra-  
 ter ejus diceret, sibi competere, ut suc-  
 cederet, aliquis ex Syria Mercator no-  
 mine Eusebius ingentem vim auri pro-  
 fudit, & Episcopatum obtinuit. Ita or-  
 dinatus omnibus, qui apud Antecesso-  
 rem ejus fuerant, Clericis dimissis, ho-  
 mines in Syria natos constituit, qui in  
 Domo

Domo Ecclesiæ ministrarent. Nihilominus post ipsum Faramodus Episcopus Parisiensis fuit. Sæculum VI.  
A. C. 592.

Illo etiam anno S. Aredius, celebris Abbas in agro Lemovicensi, ubi etiam ex Familia nobili ortus erat, Superis infertus est. Olim Regi Theodeberto adhærens, & Cancellarii munere functus a S. Niceta Trevirensi permotus est, ut adhucdum juvenis aulam relinqueret. Tum eundem Vir Sanctus sacras litteras edocuit. In patriam redux curæ rei familiaris & Bonorum omnium Matri relicta, Ecclesias ædificare & Reliquias colligere cœpit. Fundato Monasterio, primum mancipia sua immisit, eisque Regulas Cassiani, S. Basilii, aliorumque Abbatum, qui Instituti Monastici Auctores extitere, observandas obtulit. Mater S. Aredii Pelagia, etsi diu noctuque orare & Deo servire non cessaret, his Monachis alimenta & vestitum præbebat. Multi morbis afflicti ad S. Aredium venientes, si super ipsos Signum Crucis formasset, liberabantur ab infirmitate. Hoc modo multa edidit Miracula. Tandem cum Turonem advenisset, celebrato S. Martini Festo, Episcopo valedixit tanquam propediem moriturus, & ad Monasterium suum reversus condito Testamento, quo S. Hilarium & S. Martinum Hæredes scripsit, vigesima quinta

Sancti in  
Gallia.

*Ibid. 29. Id.  
glor. conf. c.  
9. vita PP.*

*a. 17.  
vit. S. Ared.  
Act. Ben.  
to. I. p. 350.*

*Martyr.  
Usuard. 25.  
Aug.*

*Hist. Eccles. Tom. VIII.*

Z

Aug.

Sæculum VI. Aug. animam Deo reddidit. S. Ferreo  
 A. C. 592. lus Episcopus Lemovicensis funus cu-  
 ravit.

S. Aredio Discipulus fuit aliquis Dia-  
 conus memoratu dignus, cui Nomen  
*Greg. VIII. hist. c. 15.* Vulfilaicus. Is Gente Longobardus ab  
 unguiculis S. Martinum singulari devo-  
 tione coluit, quamvis nesciret, an Mar-  
 tyr esset vel Confessor, aut ubi terrarum  
 Reliquiæ ejus servarentur. Cum se  
 S. Aredio instituendum tradidisset, ab-  
 quamdiu in illius Monasterio versatus  
 transit inde in quemdam locum Terri-  
 torii Trevirensis prope Castrum tunc  
 Epofium, hodie Epusum dictum, & in  
 proximo monte extruxit Monasterium,  
 cujus Ecclesia S. Martino dedicata erat.  
 Postea columnam sibi erigi curavit, in  
 qua stans nudipes rigidissimæ hyemis in-  
 jurias tam constanter tolerabat, ut in-  
 pius ungues exciderent. Modico pane  
 & aqua, atque paucis oleribus nutrie-  
 tur. Proximarum villarum plebem ad  
 insolens spectaculum accurrentem V. S.  
 Sanctus exhortabatur, ut Dianæ sacris  
 & profanis cantionibus, quibus convivia  
 dehonestabant, renunciarent. Hæc  
 bant hi populi magnum illius Deæ frons  
 lacrum, cujus Religio jam Domitiani Im-  
 peratoris ætate in vastissimis illarum Syl-  
 varum spatiis sub nomine Dianæ Arden-  
 nensis latissime celebrabatur; porro  
 Vulfi-

*Inscr. ap.  
 Bron antiq.  
 Brev.*

Vulfilaicus tum Prædicatione, tum fufis Sæculum VI.  
A. C. 592.  
ad Deum precibus obtinuit, ut Idolola-  
træ ifti converterentur, & confractis mi-  
noribus Idolis perfuafit etiam, ut illud  
majus convellerent, & in cineres redi-  
gerent.

Epifcopi ejus vitæ rationem videntes  
dixerunt: *Absit, ut tibi in mentem ve-  
niat, imitari Magnum Simeonem Antio-  
chenum, qui in columna vitam duxit;  
nec natura climatis, sub quo vivimus,  
tantum rigorem fufinere tibi permittit.  
Ergo descende, & cum Fratribus, quos  
collegifti, habita.* Credidit Vulfilaicus  
innoxium fe effe non poffe, nifi Epifco-  
pis obediret; descendit itaque, & cum  
cæteris habitavit. Quadam die Epifco-  
pus, Vulfilaico longius e fuo Monafterio  
evocato, operarios mifit, qui columnam  
deftroverunt. Ipfe altera die rediens  
amiffam columnam multis lacrymis pro-  
fecutus eft, at illam reparare non aude-  
bat, ne contumaciæ in Epifcopos argui  
poffet. Gregorius Turonenfis aliquan-  
do iter faciens & ad ejus Monafterium  
divertens hæc omnia ex ipfius ore audi-  
vit; iftud vero unicum eft in Occiden-  
te Monachi Stylitis exemplum, quod me  
legiffe meminerim.

Sæculum VI.  
A. C. 592.

§. XXIII.

*Sycophanta in Gallia.*

Greg. X.  
hist. c. 25.

Illo circiter tempore, quo S. Aredius obiit, in Galliis pessimus aliquis Sycophanta extitit. Is, cum aliquando in sylva arborem cædenti examen apum a culeos infixisset, a sana mente dimotus est, & per annos duos ab omnibus factus esse creditus. Exinde in Provinciam Arelatensem migrans, pellibus indutus, continuæ orationi intentus videbatur, imo non defuere, qui in vulgus spargerent, ipsum Cœlestibus Revelationibus honorari. Tum in Regionem Gabelensem delatus, dicere cœpit, se esse Christum, habebatque apud se sceminam quam vocabat Mariam. Multitudo populi ægrotos ad eum adducebat, quos contingendo sanare ferebatur. Aurum, argentum vestesque afferebant, quæ ipse, ut solertius falleret, pauperibus distribuebat, sed etiam ut plura eligiri posset, sæpe peregrinantes rebus omnibus spoliabat. Non nunquam in terra prostratus orabat cum illa Fœmina; mox surgens a præsentibus omnibus adorari volebat, morte denunciata illis, etiam si Episcopi essent, qui caput inclinare, & genua flectere detrectarent. Vaticinabatur etiam, & plerumque mortuos aut Bonorum temporalium jacturam minime.

minabatur. His ingentem hominum <sup>Sæculum VI.</sup>  
 non rusticorum modo, sed Ecclesiastico- <sup>A.C. 592.</sup>  
 rum quoque multitudinem seduxit, ita  
 ut jam plus quam tribus virorum milli-  
 bus stipatus incederet. Velauniam in-  
 gressus prope Anicium † stetit cum to- † Le Puy.  
 to suo exercitu, quo in aciem more mi-  
 litari disposito Aurelium Episcopum ag-  
 gressurus erat. Præmisit vero aliquot  
 viros nudos & petulce saltitantes, qui  
 ipsum venire nunciarent. Episcopus rei  
 portento attonitus strenuos viros misit,  
 exploraturos, quid sibi homo vellet.  
 Cum illorum fortissimus impostori pro-  
 xime admotus inclinato corpore osculum  
 genibus ejus fixurum se simularet, ipse  
 virum comprehendi, & spoliari iussit,  
 qui omnibus velocior educto gladio ho-  
 minis monstrum vi tanta cæcidit, ut ex-  
 animatus in partes dissiliret. Mox Se-  
 ctatores ejus omnes in diversa spargun-  
 tur, capitur Maria, ex qua deinde tor-  
 menta expresserunt, quibus fraudibus  
 præstigiator generi humano illusisset.  
 Nihilominus multi, quos seduxerat, er-  
 rorem ponere nolentes affirmabant, i-  
 psam esse Christum, & illam Mariam,  
 quæ Divinitatis particeps esset. Illo  
 tempore in omnibus ferme Galliarum  
 Provinciis plures similis furfuris Imposto-  
 res grassabantur, trahentes secum mulie-  
 res,

Sæculum VI. res, quæ, Baccharum instar furentes  
 A.C. 592. Viros sanctos eos esse proclamabant,

## §. XXIV.

*S. Gregorii Turonensis exitus.*

*de Mir. S. Mart. L.IV.* **H**oc anno 591. Childeberti Regis de  
 cimo sexto Gregorius Turonensis

*c. 5.* Historiam suam claudit, postea annis quatuor superstes. Corpore parvus, magnis virtutibus claruit. Plura ei tribuntur Miracula, quæ ipse S. Martino, aliisque Sanctis, quorum Reliquias semper

*vit. ap. Sur. 17. Nov. c. 13. Greg. VI. hist. c. 10.* gestabat, adscriptis. Cum fures, dirpta S. Martini Ecclesia, comprehensiffuissent, timens, ne Chilpericus Rex reos capite plecteret, datis ad eum literis, pro ipsorum vita enixe deprecabatur, addita parcendi causa, quod ipse cum esset illius Ecclesiæ Episcopus, soli competebat Actionem movere, fures non accusaret. Pepercit Rex, idque solum curæ fuit, ut omnia ablata Ecclesiæ

*V. hist. c. 44. VI. hist. c. 40. V. hist. c. 45. X. hist. c. 13. vita c. 20.* restituarentur. Gregorius in Doctrinæ Ecclesiæ erat admodum versatus, quod liquido apparet ex pluribus ejus Dissertationibus, quas ipsemet refert, scilicet duas adversus Arianos, Agilanum & Opilam, adversus Chilpericum Regem, talia affirmantem, quæ Errorem Sabellianum sapiebant, & contra unum e suis Presbyteris, qui Resurrectionem negabat. In his omnibus Gregorius S. Scripturæ locis

locis apposite utitur. Sub vitæ finem Sæculum VI.  
 Romam profectus honorifice exceptus A. C. 592.  
 est a S. Gregorio Papa, qui ut ostende-  
 ret, quanto honore Ecclesiam Turonen-  
 sem prosequeretur, ei Sedem deauratam  
 dedit. Gregorius Turonensis ad Cœle- V. Coint. an.  
 stem Patriam abiit annos natus quinqu- 595. n. 26.  
 ginta duos, quorum viginti duos in Epi-  
 scopatu transegit, anno 595. decima se-  
 ptima Nov., qua die Ecclesia ejus Me-  
 moriam colit. Ingenii sui partus nobis Mart. R.  
 reliquit diversos. Primo Historiam Ec- 17. Nov.  
 clesiasticam in decem Libris, quorum  
 primus in compendio totam temporum  
 Seriem a Mundi Creatione usque ad S.  
 Martini obitum complectitur. In Se-  
 quentibus Res Gestas præsertim sui ævi  
 fusius enarrat, plurimis ex Historia pro-  
 fana admixtis. Tum septem Libros de  
 Miraculis, nimirum duos de Gloria Mar-  
 tyrum, unum de Gloria Confessorum,  
 & quatuor de S. Martino. Octavum et-  
 iam de Vita Patrum. Alios quoque duos  
 Libros conscripserat, qui nobis non su-  
 persunt, scilicet Commentarium in Psal-  
 mos, & Tractatum de Officiis Ecclesia-  
 sticis. Ex eo, quod S. Gregorius ma- Greg. Prol.  
 gnum Miraculorum numerum congesse- Hist. & Præf  
 rit, potius pia credulitas quam Artis Glor. Corp.  
 Criticæ peritia deprehenditur, & Sty-  
 lus, ut ipse fatetur, Sæculi illius Barba-  
 riam aliquatenus prodit.

Z 4

§. XXV.



Sæculum VI.  
A. C. 592.

§. XXV.

*Longobardorum Bella.*

Illorum temporum calamitates S. Gregorium Papam etiam Romanæ Reipublicæ (\*) curam gerere cogebant; nam Romanus Patricius & Exarchus Ravennæ pacem cum Longobardis initam frangerat, gerendo Bello impar. Hinc Ariulphus Dux Spoletanus usque ad Urbis portas grassatas hos trucidabat, illos mutilabat; quod tanto dolore paternum Gregorii pectus obruit, ut succumbens ægrotaret. Id cognoscimus ex epistola ad Joannem Ravennatensem Episcopum in æstate anno 592. data, ubi subjungit:

*Lib. II. ind. valde mirabar, quod nihil pro nobis agere,  
10. ep. 32. res, cujus industria alias mihi exploratissima est. Sed ex tuis litteris didici, te satis multum laborare, verum apud ejusmodi hominem, ubi oleum & operam perderes. Nam qui apud te ibi est (nempe Exarchus) cessat, hostes nostros non oppugnat, & tamen pacem inire nos prohibet; quamvis talis hodie sit rerum status, ut pacem inire, etiamsi juberet, non possemus, quia Ariulphus, acceptis ab Authari & Nordulpho copiis, exactiones ab ipsis*

(\*) Lector judicio præditus ex his viam notare potest, quam ingressi SS. Pontifices tandem ad supremum Principatus fastigium pervenerunt.

*ipsis indictas exposcit, antequam de Pace mentionem audire velit. Ceterum Romani Patricii iracundia te non perturbet; nam quantum Dignitate ipso major sum, eo graviore constantia me viri bujus levitatem tolerare oportet. Nihilominus, si utcunque tractabilem habere possis, elice ex ipso consensum, ut cum Ariulpho pacis conditiones ineamus. Quippe optimæ militum cohortes exurbe, quod utique scit, avocatae fuere, & Theodosianæ, quæ nobis relictæ sunt, cum stipendia non accipiant, vix compelli possunt, ut muros custodiant. Et inferius: Quantum ad urbem Neapolim pertinet, monebis Exarchum, Arigisum copias cum Ariulphi milite junxisse, & nobilissimæ urbi insidiari; hanc inter amissas esse numerandam, nisi prompte strenuus Dux mitteretur, qui intus imperet. Arigisus iste erat Dux Beneventanus. S. Gregorius subdit: Si Exarchum permoveris, ut nos de pace transigere sinat, alium ad te mittam Tabellarium, ad pretium statuendum. Nempe cum Longobardis nulla alia pacta, quam de auro dando iniri solebant. Ex aliis quoque epistolis, quæ ejusdem belli tempore scriptæ fuisse videntur, apparet, quanto fervore S. Gregorius Romanorum Duces ad oppugnandos Longobardos excitaverit; verum nulla notatu magis digna est, quam illa, in qua*

Sæculum VI.

A. C. 592.

Ex XII. ep. 21.

22. 23.

Z 5

mili-

Sæculum VI. militibus urbis Neapolitanæ præsidariis  
 A.C. 592. præcipit, ut Constantio Tribuno, quem  
 illuc mittebat imperaturum, obedirent.  
 Nempe Exarchi inertia Pontificem illi  
 agere cogebat, qui fortasse his ipsis mi-  
 litibus stipendia numerabat; nam in ces-  
 teris nullus dubitandi locus est, quin S.  
 Gregorius Potestatibus Sæcularibus se  
 submiserit.

II. epist. 24. Joannes Ravennatensis datis ad Papam  
 litteris aliqua perscripserat in causa Epi-  
 scoporum Istriæ Schismaticorum, qui  
 obtinuerant ab Imperatore, ut prohibe-  
 retur Papa ipsos persequi, causati, quod  
 Longobardorum vim, & direptiones  
 passi fuissent; hi enim illorum Regionem  
 depopulati, Gradam ipsam Severi Pa-

II. epist. 31. triarchæ eorum Sedem incenderant. Ig-  
 tur Joanni Ravennatensi Papam mone-  
 ti, videri sibi, Severo, quem fors tri-  
 stis premeret, aliquam eleemosynam esse  
 mittendam, rescripsit in hunc modum:  
*hæc neutiquam mihi suggereres, si scires,  
 quot dona ad Regiam Constantinopolim mitta-  
 tat, ut sibi Patronos contra nos conciliet.  
 Et si hoc non faceret, oportet tamen, ut  
 prius illis Charitatis Christianæ Officia  
 impendamus, qui Matris suæ fideles filii  
 sunt, quam Ecclesiæ Adversariis. Pro-  
 pe nos est Fanum, ex qua Civitate multi  
 captivi abducti sunt; illo Eleemosynam  
 anno præterito mittere volebam, sed de-  
 stuli,*

*stuli, donec hostiles tumultus cessarent.* Sæculum VI.  
*Suadeo igitur, ut Claudium Abbatem cum* A. C. 592.  
*pecunia illuc mittas, qui, quotquot po-*  
*tuerit e captivitate redimat. Si quæras*  
*de auri pondere, quantum dederis, ratum*  
*babebo.* Claudius S. Joannis de Classe  
 prope Ravennam Abbas erat.

## §. XXVI.

*Causa Natalis Salonensis.*

In eadem illa Epistola S. Gregorius de  
 Natali Episcopo Salonensi in Dalma-  
 tia mentionem facit magnum gaudium  
 testatus, quod errorem emendasset. Qua  
 de re ageretur, ex epistolis prioribus S.  
 Gregorii discimus. Sedente Pelagio Pa-<sup>II. ind. 10.</sup>  
 pa S. Gregorii Antecessore, Honoratus<sup>epist. 14. 15.</sup>  
 Archidiaconus Salonæ Libellum obtule-  
 rat, in quo querebatur, se ab Episcopo  
 Natali male haberi; quia, inquiebat,  
*ferre non possum, ut Vasa Sacra, quo-*  
*rum ego Custos sum, propinquis suis do-*  
*net, Pelagius Papa Natalem exhortatus*  
 fuerat, ne ideo Honoratum averfaretur,  
 nec Presbyterum ordinaret invitum. Hoc  
 non obstante Natalis Synodo Provincia-  
 li, in qua ipse Metropolita erat, con-  
 vocata Honoratum deposuit, & in ejus  
 locum alium Archidiaconum, ad inge-  
 nium suum factum, ordinavit. Tum Ho-  
 noratum etiam nolentem Presbyterum  
 creavit. Pars utraque datis litteris, apud  
 S. Gre-

Sæculum VI. S. Gregorium sub ipsa Pontificatus auspicio causam suam defendit, quibus acco-

A. C. 592. ptis Pontifex rescripsit, jubens, ut Honoratus sicut prius Archidiaconi Officio fungeretur, & addit: *si scandalum istud tollere potes, multum id proderit animæ tuæ, si non potes, sine mora huc ad nos veni; Episcopus autem tuus virum mandatis suis instructum mittat. Interim scias velim, quod a te strictam rationem omnium rerum mobilium pretiosarum Ecclesiæ tuæ, aliarumque quæ a diversis Ecclesiis ad tuam comportatæ fuere, exacturus sim.*

I. epist. 19. Natali S. Gregorius scripsit in hunc modum: *Concilio tui Acta ad nos transmissa, quibus Honoratus Archidiaconus condemnatur, nulli rei, nisi forendis litibus vestris apta sunt, cum eundem quem a Diaconorum Ordine deponis totquam indignum, ad Sacerdotii Dignitatem nolentem evebas. Quare admonemur te, ut eum Munere pristino fungi sinas, & si jurgia vestra necdum cessent, veniat ipse ad nos, tu vero virum mitte, qui nomine tuo respondeat.*

II. Ind. 10.  
ep. 14.

Cum Natalis his Mandatis morem non gessisset, S. Gregorius Mense Martio anno 592. Indictione decima iterum scripsit in hæc verba: *Plures ex Civitate tua ad nos venientes referunt, quod deposita gregis tui cura laute epuleris. Ceterum ex vitæ tuæ ratione satis liquet, te nec*

te nec Lectioni, nec Prædicationi vacare. Sæculum VI.  
 Tum iis, quæ a Pelagio Papa, & ab ipso A. C. 592.  
 in hac causa facta erant, memoratis,  
 subdit: itaque jam toties monitus, quam-  
 primum has acceperis, Honoratum Offi-  
 cio suo restitue, si ultra cuncteris, scito  
 te privatum esse jure utendi Pallio, quod Natalis Salo-  
 tibi a Sacra Sede concessum est, & si in nensis.  
 obstinatione perseveres, participatione Cor-  
 poris & Sanguinis Domini esse privan-  
 dum. Tunc denique etiam in Judicio exa-  
 minaturi sumus, an dignus sis, qui in E-  
 piscopatu remaneas. Illum vero, qui cum  
 injuria Honorati ad Archidiaconatum  
 promoveri se passus est, ab illa Dignitate  
 deponimus, & si hoc Munere fungi non  
 desinat, S. Communionem privabitur. S.  
 Gregorius hanc epistolam ferendam, & ibid. ep. 15.  
 Mandatorum istorum executionem com-  
 misit Antonino Subdiacono, quem Patri-  
 monio Ecclesiæ Romanæ in Dalmatia  
 præfuturum ablegabat. Alias item de-  
 dit epistolas reddendas, unam illius Pro-  
 vincia Episcopis, ut scirent, quid age-  
 retur, alteram Jobino Præfecto, cujus  
 Benevolentia Antoninum commenda-  
 bat, rogabatque, ne Natalem contra æ-  
 quitatem suo Patrocinio defenderet.

Fracta est tandem Natalis pertinacia,  
 submitit se Pontifici, & mores emenda-  
 vit. Scripsit nihilominus epistolam, qua  
 se purgare conabatur; ad excusandam  
 convi-

epist. 15.

epist. 17.

ep. 32.

Sæculum VI. conviviorum splendorem plures Textus  
 A.C. 592. ex S. Scriptura inepte afferebat, atque  
 inter alios etiam illum: *qui non manducant, non judicet manducantem.* Hic Textus, respondet S. Gregorius, ad nostram causam nullatenus facit; nam falsum est, quod ego non manducem. Deinde S. Paulus tantum de illis loquitur, qui judicant fratres, quorum cura ipsis non est commissa. *Ægre ferre potes, quod lautissime convivantem arguam? ego vero, qui Ecclesie meæ Prærogativa supra te sum, quicumque in me errorem reprehenderit, boni consulam.* Imo neminem amicorum meorum numero adscribo, nisi quorum sermo ad abstergendas animæ meæ maculas, ante Adventum terribilis Judicis, idoneus est. De Causa ejus cum Honorato Judicium usque ad Adventum Legatorum differit.  
 II. ind. II. ep. 22. at Natalis post sex circiter Menses evitæ excessit.

## §. XXVII.

*Causa Adriani Thebani.*

II. ind. II. ep. 7. Eodem anno 592. Mense Octobri Indictione undecima S. Gregorius Adrianum Episcopum Thebanum contra fas depositum restituit. Contra eum, cum Ecclesie suæ Diaconos duos Joannem & Cosmum, unum ob peccatum impudicitiae, alterum, quod Bona Ecclesie fideliter non administrasset, deposuisset, uter-

uterque depositus apud Imperatorem A-  
 ctionem tam Civilem quam Criminalem Sæculum VI.  
A. C. 592.

movit. Imperator, sicut Canones postulabant, Adrianum ad Tribunal Joannis Episcopi Larissæi Metropolitæ ipsius remisit, ut in causa Civili absolute pronunciaretur, in causam vero criminalem inquireretur, & Acta ad Imperatorem deferrentur. Articulus primus, de quo Diaconi Joannes & Cosmus Episcopum suum accusabant, talis erat; quod Stephanum ejusdem Ecclesiæ Thebanæ Diaconum, quamvis vitam ejus infamem non nesciret, non deposuisset. Et equidem pessimum esse hunc Diaconum probarunt, non item quod Episcopus Adrianus hujus scandali gnarus fuisset. In Articulo secundo dicebant, ipsum prohibuisse aliquos infantes baptizari, qui deinde sine Baptismo mortui essent. At testes, qui hac super quæstione producti sunt, non affirmabant Adrianum Episcopum hanc rem scivisse, nec alia afferebant, quam quæ audierant a Matribus, quarum Mariti ob commissa crimina fuerant excommunicati. Aliunde autem constabat, infantes Demetriade fuisse baptizatos. Nihilominus Joannes Archiepiscopus Larissæus Adrianum Thebanum tam in Judicio criminali quam civili condemnavit.

Quam-



Sæculum VI.

A.C. 592.

Quamvis Adrianus ab hoc judicio Imperatorem appellaret, Joannes Larissæus arcto carceri mandatum coëgit, & traderet sibi libellum, in quo latae contra se Sententiæ tam quoad crimina quam civilia acquiescebat. Verumtamen objecta sibi crimina non nisi verbis ambiguis, quibus sibi via ad defensionem non præcluderetur, fatebatur. Inter Mandatarios constituit, qui in curia Imperatoris appellationem urgerent, & acta omnia Judicii a Joanne Larissæo exhiberent. Imperator examinanda hanc appellationem Honorato Eclesiæ Romanæ Diacono Constantinopoli Nuncio & Sebastiano illorum primo, quibusdam a secretioribus epistolis erant, commisit. Omnibus ad examen mature vocatis Adrianus Thebanus absolvitur.

*epist. 6.*

Sed non acquieverunt Adversarii, nam Mandatum ab Imperatore obtinuerunt, quo hæc Causa ad Joannem Episcopum primæ Justinianæ, Illyrici Primate & Sacræ Sedis Vicarium remittebatur. In hoc iterato examine Adrianus Thebanus nec Testium depositione nec confessione propria convictum Joannes Primas tamen condemnavit, & ab Episcopatu deposuit. Adrianus Thebanus ad Papam appellavit, atque suæ Apellationis certiores fecit Joannem Justinianum, qui Nuncios suos Honorato Diacono

cono Papæ Legato Constantinopoli pro-  
mittere iussit, missurum se viros Romam,  
qui latam a se Sententiam defenderent.  
Ipse Adrianus Romam profectus oblato  
in manus Pontificis Libello querebatur,  
se innocentem a Metropolita & Primite  
suo fuisse condemnatum. S. Gregorius  
Papa, cum diu Delegatos eorum expe-  
ctasset, quos mittendos edixerant, ut  
suum Iudicium propugnarent, & nemo  
veniret, ne tamen causa non cognita  
pronunciasset videretur, Acta Iudicii tam  
coram Joanne Larissæo, quam Joanne Ju-  
stinianæo exerciti examinavit, atque  
utriusque Iudicium quoad formam ille-  
gitimum, & quoad rei ipsius Summam  
iniquum invenit. Ergo Sententiam Pri-  
matis nullam declarat, ipsum ad trigin-  
ta dierum pœnitentiam damnat, quo  
tempore Sacra Communione privaretur,  
& graviores pœnas comminatur nisi ob-  
ediat. Papa etiam Adrianum Sedi suæ  
restituit, sibi que deliberandum reservat,  
quid de Joanne Justinianæo esset decer-  
endum, qui Potestate a Sacra Sede in  
Illyrico sibi tanquam Pontificis Vicario  
concessa abusus fuisset.

In Epistola ad Joannem Larissæum  
data S. Gregorius loquitur in hunc mo-  
dum: *Communione Corporis Domini No-*  
*stri privari meritus es, quoniam contem-*  
*psisti Antecessoris mei Admonitionem,*  
*Hist. Eccles. Tom. VIII. A a dum*

Sæculum VI.  
A. C. 592.Papæ Aucto-  
ritas.

epist. 6.

æculum VI. A. C. 592. *dum a Jurisdictione tua Adrianum & Ecclesiam ipsius Thebanam exemit; verum plus jam a te non exigimus, ut si quæ Actionem civilem aut criminalem contra Adrianum Episcopum movere velis, hac Causa Nuncii nostri, qui Constantinopoli sunt, judicent, si sit mediocri momenti; si vero majoris, ad Sacram Sedem deferatur. Hæc tibi injungimus, sub pœna Excommunicationis, a qua non aliter quam jubente Romano Pontifice, solus mortis articulo excepto, absolvi poteris. Volumus etiam, ut sine omni tergiversatione omnia Bona Sacra aut profana, mobilia aut immobilia Ecclesiæ Thebanæ, quæ surripuisse accusaris, & quorum commensurarius in nostris manibus est, restituatur. & si hac super re aliqua contentio oriatur, jubemus, ut de ea Nuncius Noster Constantinopolitanus cognoscat. Ita S. Gregorius hanc Causam decidit; unde Jurisdictionis & Judiciorum Ecclesiasticorum rationem perspicue videmus, nobisque Exemplum, quanta illa ætate Sacra Sedis Auctoritas fuerit, memoratissimo dignissimum perhibetur. (\*) S. Gregorius*

(\*) S. Gregorii Magni ætate, ut videmus, Romanus Pontifex a Fidelibus in omnibus orbis Christiani Partibus Ecclesiæ Universalis Caput & Rector habebatur. Quid ad hæc Protestantes utique non dicent, veram Christi Ecclesiam tunc nullibi extitisse?

comperto ex epistolis Episcoporum Pro-  
vinciæ Corinthiæ, Adrianum Accu-  
satoribus suis fuisse reconciliatum, ali-  
quem Diaconum Ecclesiæ Romanæ illo  
misit, qui exploraret, an in ista Recon-  
ciliatione nihil contra Canones actum  
fuisset.

## §. XXVIII.

*Admonitio ad Joannem Constantino-  
politianum.*

Anno 593. mense Julio S. Gregorius  
Constantinopolim misit Sabinianum  
Nuncii sui munere functurum, qui po-  
stea ejus Successor in Petri Cathedra fuit.  
Huic litteras commendatitias ad viros  
magna Auctoritate spectabiles, amicos  
suos, quales erant Priscus Patricius, qui  
exercitui in Oriente præerat, & Theoti-  
mus Medicus, ferendas dedit. Eundem  
etiam commendavit Joanni Jejunatori  
data epistola, ex qua inter S. Gregorium  
& hunc Patriarcham dissidii semina de-  
prehenduntur. Papa duas ad eum de-  
derat epistolas in causa Presbyteri, cui  
nomen Joannes, & quorundam Mona-  
chorum Isauriæ, qui de Hæresi accusa-  
bantur; horum aliquis, Presbyterorum  
Ordine insignitus, nomine Anastasius, in  
Ecclesia Constantinopolitana vapulave-  
rat. Joannes Patriarcha S. Gregorio re-  
scripsit, se nihil horum scire. Ad hæc

Sæculum VI. S. Gregorius : hoc tuum responsum att  
 A. C. 593. nitus legi ; si enim revera hæc nescis, quæ

miserius, quam Dei Ministros tanta con-  
tumelia affici, & Pastorem præsentem

Sap. I. II. nescire? si vero scis, quid dicemus ali  
 quæ scripta sunt, os, quod mentitur, qui

cidit animam? quid profit tibi jejunium  
 quid insolens abstinence? melius esset, si

carnem ingereres in os tuum, quam si  
 verba inde exeant falsa, quibus proximo

II. ind. II. ep. tuo illudas? avertat Deus, ut hæc mihi  
 64. de te mens hæreat. Litteræ quidem in

fronte Nomen tuum exhibent, sed persua  
 dere mihi non possum, eas e tuo firmo

calamo; has scripsisse magis credibile est  
 juvenem illum, quem apud te habes, qui

rum Divinarum rudem, qui nescit vulgari  
 ra charitatis, quem multorum criminum

reum cuncti accusant, quem quotidie  
 stamenta clam condita obtendentem despo-

clorum Hereditati inbiare dicunt, quem  
 nec timor Dei, nec hominum Reverentia ter-

ribet. Crede mihi, Venerabilis Frater, nihil  
 prius tibi curæ esse deberet, quam

istum hominem castigare; si enim buccinas  
 res dare non desinas, nunquam erit tibi

Pax cum Fratribus tuis. Causam Preb  
 byterorum, qui injuriam passi erant

Sabiniano Diacono amplius examinanda  
 dam committit, atque addit epistolæ

pilogum: opto ut te talem inveniat, quem  
 lem ego olim Constantinopoli te novi.

S. Gre

S. Gregorius in eadem Cauſa ad Narſetum Patritium ſcripſit in hunc modum: Sæculum VI  
A. C. 593.

*Scias velim, me totis viribus conaturum, ut hanc Cauſam ad finem perducam; & ſi videro Sacræ Sedis Canones non obſervari, faciam, quod mihi Deus contra Canonum contemtores faciendum ſuggeret. Ignosce mihi, quod ad tuas breviffime reſpondeam. Tot tantisque calamitatibus premor, ut longas epiftolas vel legere vel ſcribere pigeat.*

§. XXIX.

*Cofroes in S. Sergium munificus.*

Sub idem tempus S. Gregorius epiftolam dedit ad Domitianum Epifcopum Melitinensem Armeniæ Metropolitanam, & Mauritiæ Imperatoris Propinquum, qui Pontificem de Senſu Morali quorundam locorum Sacræ Scripturæ conſuluerat, ſequè in converſione Regis Perſiæ parum proficere ſignificaverat. Fuit is Cofroes, *Evagr. VI.  
hiſt. c. 16. 17.* cujus Patre Hormiſda a Perſis interfecto, ipſe Rex ſalutatus eſt, moxque a Factione adverſaria pulſus. In Ditionem Romanorum confugienti Mauritius Imperator omne auxilii genus ſuppeditari juſſit, utque Regi honorem convenientem haberet, miſit ad eum Legatum Domitianum Epifcopum, Eccleſiæ ſuæ Melitinensis ſitu illis Regionibus commode propinquum, virum ingenio & prudentia

6. 8.

Sæculum VI. inclytum, & rebus gerendis idoneum.

A. C. 593. Præterea Imperator alterum ad Cosroem

c. 19.

Legatum ire iussit Gregorium Episcopum Antiochenum, cuius dona primum, qui afferebat Regia, deinde singularem Sapientiam & consiliorum prudentiam Persa admiratus est. Princeps hic, cumque Hierapolim Provinciæ ad Euphratem sitæ pervenisset, in Persiam denuo movit, atque Romanorum auxiliis aucto superatis prælio hostibus Regnum recuperavit.

*Th. V. h. c. 15*

*Ev. VI. c. 21.*

*Sup. Lib.*

*XXXIII.*

Credebat Barbarus plurimam operam sibi attulisse S. Sergium Martyrem in illis Regionibus celeberrimum; hinc in grati animi signum S. Gregorio Episcopo Antiocheno misit Crucem auro & gemmis ornata, olim a Theodora Imperatricis Justiniani uxore dono datam, & postea a Cosroe Seniore cum multis aliis ad S. Sergium repositis Cimeliis ablatam. Hanc Cruci Cosroes junior adjecit aliam totam auream cum inscriptione græca, epistole modi: *Ego Cosroes Rex Regum Hormisdæ Filius, cum in terram Romanorum recepisssem ob seditionem Varami, sciens quod perfidus Zadespram equitatum Nabitanum ad defectionem sollicitaret, equitatum meum in Rebellem immisi; cumque a meis percepisssem, S. Sergium celeberrimum ea, quæ rogaretur, concedere petentibus, votum ei feci septima Jan. primæ*

anno Regni mei, si miles meus Zadespram <sup>Sæculum VI.</sup>  
 occideret vel caperet, me in Domum ejus A. C. 593.  
 & ad Honorem Nominis ipsius Crucem  
 gemmis fulgentem esse missurum. Nona  
 Febr. amputatum caput Zadespram mihi  
 allatum est. Itaque voti compos factus,  
 ne quis hac de re dubitare possit, mitto ei  
 banc Crucem, atque illam, quam olim  
 Imperator Justinianus miserat, & Cosroës  
 Rex Regum Filius Cabad Patris mei tulerat,  
 nunc in thesauro meo inventam.

Gregorius Patriarcha Antiochenus <sup>Theoph. c. 14</sup>  
 has Cruces accedente Mauritii Impera-  
 toris consensu acceptas in Ecclesia S. Ser-  
 gii solemniter deposuit. Haud diu po-  
 stea Cosroës rursus alia dona illuc misit,  
 scilicet Patenam & Calicem, quibus Sa-  
 cerdotes in Sacris Mysteriis utuntur, Cru-  
 cem, quæ in Sacra Mensa erigeretur, &  
 Thuribulum, omnia aurea, siparia quo- <sup>S. Sergius.</sup>  
 que, auro intexto splendida, quæ ante  
 januam Ecclesiæ suspenderentur. In Pa-  
 tena Inscriptio græcis verbis visebatur  
 hujusmodi: Hæc dona Cosroëm S. Ser-  
 gio transmisisse, voto se soluturum, quod  
 fecerat, si obtineret, ut Sira Conjux sua,  
 quæ erat Christiana, uterum gereret;  
 quod evenisset. Hæc in Cosroë animi  
 dispositio, & cum Episcopis illis collo-  
 quia, fecerant spem, ipsummet ad Chri-  
 stianæ Religionis Sacra transiturum; imo  
 in Hispania Christianus esse credebatur,  
 A a 4 quod



**Sæculum VI.** quod ex Testimonio Joannis Abbatis Be-  
A. C. 593. clariensis discernitur. At Epistola S. Geo-

**Chr. in fin.** dicit: *quamvis vehementer doleam, Imperatorem Persarum non fuisse conversum magno tamen gaudio afficio, quod eadem Fidem Christianam prædicaveris, quæ ideo mercedem accipies. Quamvis enim Æthiops nigra cute balneum intret, & nigra cute exeat, nihilominus Balneatori danda est merces sua.*

**Evagr. IV.** Naaman Saracenorum seu Arabum illius Deserti Princeps sub id tempus ad Fidem conversus est. Vir antea crudelitate infamis, quippe Diis suis homines sua dextra mactare solebat. Itaque baptizatus suos omnes ad Fidem perduxit. Simulacrum Veneris aureum comminuit & pauperibus distribuit.

**Evagr. VI. h.** Illo etiam tempore degebat in Peræa fœmina Sancta, nomine Gollanduca, quam Martyrem vivam dicebant. Ea ex Magorum genere nata omnibus illius Gentis superstitionibus addicta, & viro inter Senatores præcipuo nuptui data, duos genuit filios. Elapso triennio in extasim

**Niceph. XVIII. c. 25.** rapta Mysterium Religionis Christiana  
**Theophil. V. hist. c. 12.** ab Angelo didicit. Hinc tanquam Christiana in manus Magorum tradita, multa subire tormenta cogitur, quibus superatis ingentia prodigia edidit. Occulta & arcana manifestabat, & prædicebat futura.

**Gollanduca.**

futura. In Ditiones Romanorum diver-  
 tens Circesium, Darascum, & usque Je-  
 rosolymam venit; cum vero Imperator  
 Sanctam Mulierem invitasset, ut Constan-  
 tinopolim veniret, istud iter suscipere  
 recusavit. Postquam omnes, qui ex ipsius  
 familia nati erant, & plures alios ad JE-  
 sum Christum convertisset, obiit Hiera-  
 poli, cujus Civitatis Episcopus Step-  
 hanus vitam Sanctæ Fœminæ, prout ex  
 ipsius ore audiverat, litteris prodidit.

## §. XXX.

*Gregorii Antiocheni Obitus.*

**G**regorius Patriarcha post tempus, quo  
 Cosrois dona acceperat, deserta in  
 illius Regionis finibus sita, & Severi er-  
 roribus infecta invisens, multa oppida,  
 Pagos, Monasteria, & integras Tribus  
 ad Ecclesiam reduxit. Tum itineri se de-  
 dit, ut præsens esset morienti Simeoni  
 Styliti juniori, alterius Stylitis Discipu-  
 lo, qui primum in una & deinde in al-  
 tera columna annis sexaginta octo vitam  
 duxerat. Multa patrabat miracula præ-  
 fertim ægrotos curando, futura prædi-  
 cebat, & cordium arcana noverat. Eva-  
 grius Historiæ Scriptor id seipsum exper-  
 tum fuisse testatur, & addit, magnam  
 multitudinem hominum Romanorum &  
 Barbarorum ex omni natione ad hunc Vi-  
 rum videndum confluisse. Cum igitur

Sæculum VI. idem Evagrius Gregorium Patriarcham  
 A. C. 593. certiore reddidisset, Simeonem ad mor-  
 tem decumbere, festinavit, ut vale ul-  
 timum diceret, sed sero, & Simeone  
 jam defuncto supervenit. Ipso Gregorio  
 non diu post hæc ex vita mortali migran-  
 te Anastasius Sedem Antiochenam, ante  
 annos viginti tres expulsus, tandem an-  
 no 593. repetiit. Joannes Patriarcha Je-  
 rosolymitanus eodem anno 593. animam  
 efflavit, atque *Amos*, qui octo annis Se-  
 dem tenuit, habuit Successorem. Ad  
 hunc annum Mauritiæ Imperatoris due-  
 decimum, Sede Jerosolymitana post mor-  
 tem Joannis vacante, Evagrius Historia  
 suæ Ecclesiasticæ finem imposuit. Ab E-  
 vagrii tempore non amplius habemus ali-  
 quam Historiam Ecclesiasticam uno con-  
 textu concinnatam, sed res gestas ex Vi-  
 tis Sanctorum, ex epistolis, & aliis cu-  
 juslibet ævi Scriptis, atque etiam ex  
 Scriptoribus profanis colligimus. (\*)

## §. XXXI.

*Lex, ne Miles Monachus fiat.*

Sup. VIII. **M**auritius Imperator anno superiore,  
 n. 23. edita lege, prohibuerat, ne illi,  
 qui

(\*) Mirum! quod illa ætate nemini in me-  
 tem venerit, id obsequii posteritati præstare, ut  
 Res Ecclesiæ litteris mandaret, cum tamen ex-  
 empla aliorum se præcedentium Scriptorum Exem-  
 pla præ oculis essent.

qui in manu signati & conscripti milites <sup>Sæculum VI.</sup>  
 essent, vitam Monasticam amplecteren- <sup>A. C. 593.</sup>  
 tur. Hanc Legem ad S. Gregorium de-  
 tulit aliquis ex Imperatoris Scutariis no-  
 mine Longinus. Tunc quidem morbo  
 laborans Pontifex responderi non potuit;  
 at sub finem Indictionis undecimæ men- <sup>II. ind. ep. 62.</sup>  
 se Aug. anno 593. dedit ad Imperatorem  
 Epistolam, in cujus initio ita loquitur: *co-*  
*ram Deo culpa vacuus non erit, qui Prin-*  
*cipes veritatem quocunque demum prætex-*  
*tu celaverit. In ista admonitione non lo-*  
*quor tibi ut Episcopus, nec ut Minister*  
*publicus, sed tanquam homo privatus, nam*  
*amicus tuus eram, antequam Mundi Do-*  
*minus evaderes.* Legis tenorem deinde  
 refert, & laudat primam Decreti par-  
 tem, qua Munere publico fungentes a  
 suscipiendo Clericorum ordine arcentur,  
 quia, inquit, *istud hominum genus ma-*  
*gis vitæ sortem mutare, quam Sæculum*  
*fugere cupit. At vero vehementer in ad-*  
*mirationem me rapuit, quod in eadem le-*  
*ge probibeas, ne illi, qui officia publica ad-*  
*ministrarunt, Institutum Monasticum am-*  
*plectantur; nam Monasterium eorum no-*  
*mine rationem reddere, & æs alienum*  
*solvere potest, Nempe illa ætate Mona-*  
 chi Bona sua Congregationi afferebant, <sup>Nov. 5. c. 3.</sup>  
 & adibant Hæreditates; itaque Mona-  
 sterium, quod Bona ipsorum acquirebat,  
 eorundem debita in se suscipere, vel  
 ipsos

Sæculum VI. ipsos non admittere tenebatur. S. Gregorius profequitur in hunc modum: dum  
A. C. 593.

*Mandato edito milites a vita Monastica arces, pavidum me reddit, fateor, periculum tuum. Ita multis aditum ad Cælum præcludis, etsi enim etiam in Sæculo sancte vivere liceat, multi tamen, nisi omnia relinquunt, salvari non possunt.* In ista epistola & in quibusdam aliis ad Imperatores in numero plurali loquitur, quia Mauritius Filium suum Theodosium 14. Aprilis, anno 593. ad Imperii societatem adsciverat. Tum profequitur:

*Ego qui ita loquor ad Dominos meos, quis sum, nisi terræ vermiculus? nihilominus cobibere me non possum quo minus ad Principes loquar, dum istam Legem Deo contrariam cerno. Data est vobis a Cælo Potestas in omnes homines, ut eos, qui Boni esse cupiunt, adjuvetis, & sic Regnum terrenum ad Regnum Cælorum viam paret. Interim omnibus per Præconem promulgatur, illum, qui semel Mundo servire ceperit, Jesu Christo servire non posse, nisi pactum serviendi tempus expleverit, aut ut invalidus missionem acceperit. Ideo Jesus Christus hæc tibi respondet, per os meum: cum Domino tuo ab epistolis esses, Prætorianorum Ducem, tum Cæsarem, tum Imperatorem, & Imperatorum Patrem feci te. Sacerdotes meos tuæ Potestati submisi, tu vero milites tuos*  
 ameo

ameo *Servitio revocas. Dic mihi, obse-* Sæculum VI.  
*cro Auguste! servo tuo; quid responde-* A. C. 593.  
*bis Domino tuo, quando veniet, ut judi-*  
*cet te, & tibi talia exprobrabit? Et in-*  
*ferius: per judicem terribilem obtestor*  
*te! ne tot lacrymas, quas coram Deo ef-*  
*fundis, tam prolixam orationem, tot elee-*  
*mosynas, & jejunia, irrita & inania ef-*  
*se velis, sed latam hanc Legem vel mutes*  
*vel mitiges. Ego quidem, cum imperio*  
*tuo subiectus sim, illam in diversas Orbis*  
*Partes transmisi, eandemque Legi Divi-*  
*næ adversari satis te monui. Itaque utrin-*  
*que quod mei fuit muneris implevi. Obe-*  
*dientiam Imperatori præstiti, &, quid*  
*sentiam, pro causa Dei dixi. (\*)*

S. Gregorius epistolam direxit ad  
 Theodorum in paucis amicum suum, Me-  
 dicum Imperatoris, apud quem magna  
 valebat Auctoritate, quippe ejusdem  
 opera, cum deinde pacis condiciones  
 cum Principe Avarorum pacisci vellet,  
 usus est. Ad eum S. Gregorius inter alia  
 dicit: Si illud hujus Legis ferendæ causa  
 fuit, quod militum conversione exerci-  
 tum robur frangatur, meminervit Impe-  
 rator, non tam militum armis, quam ora-  
 tionis ipsius vi Persas devictos fuisse. Id  
 vero ingrati animi indicium mihi videtur,  
 quod milites suos avocet a Servitio illius,  
 cujus

(\*) Hæc de Potestate sua Gregorius Papa San-  
 ctus & Doctor.

Sæculum VI. *cujus Gratia non militum modo, sed*  
A. C. 593. *Episcoporum Dominus existit. Tum*  
*liberius: rogo te, ut hanc meam Admon-*  
*tionem Imperatori soli & tempore opt-*  
*tradas. Nolo, ut illam Nuncius meus*  
*publice reddat. Dum tu familiaris Prin-*  
*cipi servis, liberius talia suggerere pote-*  
*inter tot negotia fluctuanti, quæ conscien-*  
*tiam tangunt. Si audierit te, Salutem*  
*animæ ejus, & tuæ procurasti, si non au-*  
*inf. n. 53. dierit, saltem id tibi soli proderit. Li-*  
*berius videbimus, qua moderatione Lex*  
*illa mutata fuerit. (\*)*

§. XXXII

(\*) Hier hat unser Protestant eine Anmerkung gemacht, aus welcher erhellet, was er für ein Meister in der Folgerungskunst sey. Wir wollen ihn Schritt vor Schritt daher aufgezo-gen kommen lassen. Er hebt an: Aus diesem Briefe Gregorii kann man einige Wahrheiten lernen, die man in den folgenden Zeiten nicht mehr für Wahrheiten hat erkennen wollen. Denn einmal so kommen darinn sehr ehrerbietige Ausdrücke vor, deren sich der Pabst gegen den Kayser bedienet, ja sich nur als einen armen Wurm gegen ihn geachtet hat; eine Wahrheit, die Gregorius der VII. im eilften Sæculo gewiß nicht geglaubet hat. Die Wahrheiten, welche dieser Brief enthält, werden heut eben sowohl als damals für Wahrheiten erkannt, wie wir gleich sehen werden. Wenn nur der Uebersetzer die Wahrheiten und die Redensarten von ein-  
 ander

## §. XXXII.

Sæculum VI.  
A. C. 593.*Constantius Episcopus Mediolanensis.*

**L** Laurentio Archiepiscopo Mediolanensi II. Ind. II. ep.  
anno 593. circiter Mense Martio vita 26.  
functo, quidam Presbyter ejusdem Ec-  
clesiæ

ander unterscheiden will; denn wenn sich der heilige Gregorius nur einen Wurm achtet, das ist keine Wahrheit, sondern ein Ausdruck seiner Demuth. Die Zeit von dem heiligen Gregorius VII. zu reden wird schon kommen, will es Gott! Hier auf jaget der Protestant: ferner ersieht man aus dem Schreiben des Pabstes an den Leibarzt des Kayfers, daß er den Kayser für das Oberhaupt des Kirchenstaates gehalten, da er geschrieben: daß Gott ihn verordnet habe nicht nur über die Soldaten, sondern auch über die Priester zu herrschen. Eines steht neben dem andern. So gewiß er das Oberhaupt der Soldaten, so gewiß war er auch das Oberhaupt der Priester. Nun das ist gut, wenn er saget, daß der Pabst den Kayser für das Oberhaupt, das ist für den Landesfürsten des Kirchenstaats (wohl gemerkt des Kirchenstaats) gehalten. Zu diesem Verstande ist es auch wahr, daß der Kayser Mauritius sowohl der Priester als der Soldaten Landesfürst und Herr gewesen sey; eben so wie es die Könige und Fürsten in allen Ländern allezeit gewesen und noch sind. Nun setzet unser Protestant hinzu: Und damit man nicht meynen möchte, als ob der Pabst davon ausgenom-



Sæculum VI. clesia nomine Magnus querelam ad Pa  
A. C. 593. pam detulit, se a Laurentio contra fu  
 fuisset excommunicatum. Papa causa  
 scussa judicans virum hunc esse innocen  
 tem.

genommen sey, so beschreibet er sich infor  
 derheit als einen solchen, qui jussioni Imper  
 toris subiectus sit. Wie seine eigenen Wör  
 lauten. Das geht auch noch mit, denn man  
 siehet aus diesen Kirchengeschichten, daß die Rö  
 schen Päbste die Landesfürstliche Hoheit und Ge  
 walt noch nicht an sich gebracht hatten, ob schon  
 der heilige Gregorius selbst, wie es der Leser nicht  
 beobachtet haben, ein und anders wider die Ro  
 gobarder veranstaltet, welches einem Landesfür  
 sten zugestanden wäre.

Ist aber kömmt die schöne Folgerung unse  
 Uebersetzers. Er (der Pabst) leget also dem  
 Kayser den Supremat in der Kirche zu. Herr  
 Uebersetzer! wie soll dieses aus dem vorher  
 gehenden folgen? seine vorans geschickte Sätze  
 den vom Kirchenstaat, und die Folge von der Kir  
 che. Ist denn das Land, welches man hiehet  
 Patrimonium S. Petri genannt hat, und die Kir  
 che Christi ein Ding? Diese Folge kömmt  
 vor, als wenn von einer Kuh ein Lamm gebo  
 ren würde. Aus diesem Grunde müßten einst  
 die heydnischen Kayser, und heut der Ottoma  
 nischen Beherrscher, welche Herren über ganze chris  
 tliche Königreiche sind, auch Oberhäupter der Kir  
 che seyn. Man findet nicht, daß Constantinus  
 Magnus, als er ein Christ geworden, sich auch  
 die Kirche zu regieren angemasset habe. Einmal  
 ist

tem, licentiam dedit ordine suo fungendi, & communicandi, conscientiam ipsius onerans, ut, si alicujus culpæ sibi conscius esset, ab ea pœnitentia secreta animum

Sæculum VI.  
A. C. 593.

hat der heilige Gregorius an diese Folge nicht gedacht; sondern sie ist eine Geburt des Vorurtheiles unsers Uebersetzers, denn wenn ein Protestant diese Briefe, und alles andere, was Pabst Gregorius Magnus geschrieben, aufmerksam liest, so wird er bekennen müssen, daß er von keinem andern Oberhaupt der ganzen christlichen Kirche als von sich selbst etwas gewußt habe. Nun will unser Uebersetzer diese Folge auch aus der Vernunft herleiten, denn er sagt: Und zwar ganz vernünftig. Denn der Staat ist nicht der Kirche, sondern die Kirche ist dem Staat einverleibet; wer also der höchste Herr im Staate ist, der ist es auch in der in dem Staate befindlichen Kirche. Wenn ich sage: die Kirche ist in dem Staate, das ist, diejenigen Personen, welche Glieder der Kirche sind, sind auch Glieder des Staates, so folget nichts anderes daraus, als daß die Christen, nur diejenigen Bischöffe ausgenommen, welche durch rechtmäßige Wege selbst zur Landesfürstlichen Herrlichkeit gelangen, und aus deren Zahl der Uebersetzer hoffentlich den Römischen Pabst nicht ausschließen wird, auch gehorsame Unterthanen des Landesfürsten seyn müssen. In so weit aber solche Christen Glieder der Kirche sind, haben sie dasjenige sichtbare Oberhaupt, welches ihnen Jesus Christus in der Person Petri und seiner Nachfolger verordnet hat. *Pasce oves meas*

*Hist. Eccles. Tom. VIII. Bb Joan.*

Saeculum VI. mum expiaret. In eadem epistola hunc  
 A.C. 593. Presbyterum jubet Clericos & Populum  
ib. ep. 29. 30. monere, ut pacifico consensu Episcopum  
 eligerent. Nec mora, Constantio eju-  
 dem Ecclesiæ Mediolanensis Diacono in  
 Episcopum electo, Clerici Decretum E-  
 lectionis per manus Presbyteri Magni,  
 Clerici nomine Hyppolyti S. Gregori  
 miserunt; quia vero nemo nomen sub-  
 scripserat, timens Papa, ne res subre-  
 ptitie ageretur, misit Joannem Ecclesiæ  
 Romanæ Subdiaconum cum mandatis, ut  
 Genuam proficisceretur, quo multi Me-  
 diolanenses in bellica Longobardorum  
 irruptione confugerant. *Ubi illo perve-  
 neris, inquit S. Gregorius, convocatis  
 Mediolanensibus explorabis, an omnes  
 Electionem Constantii consentiant, tum  
 que pro more antiquo ex nostra Auctori-  
 tate eum ab Episcopis Provinciae consecra-  
 ri curabis; ita ut Sacræ Sedis jura sine  
 aliorum præjudicio conserventur.* Inre-  
 liquis Italiæ Provinciis Episcopi in ipsis  
 locis electi Romam ibant a Papa conse-  
 crandi, cujus rei exemplum in Electione  
 Episcopi

Joan. 21. So ist es, Herr Uebersetzer! der  
 Paulus ist auch dieser Meinung, da er sagt: in  
 quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere  
 Ecclesiam Dei. Act. 20.

Was der Uebersetzer in seiner Anmerkung noch  
 hinzu gesetzt von hervor gesuchten unächten  
 len, thut der Hauptsache nichts.

Episcopi Neapolitani vidimus. In Pro-  
 vincia Mediolanensi Episcopos consecra-  
 bat Archiepiscopus consentiente Papa,  
 & ipse Archiepiscopus ab Episcopis suæ  
 Provinciæ consecrabatur.

Sæculum VI.  
 A.C. 593.

S. Gregorius Joanni Subdiacono duas  
 Epistolas ferendas commisit, unam ad  
 Clericos Mediolanenses datam, alteram  
 ad Romanum Italiæ Exarchum, cujus  
 favori Constantium commendat. In E-  
 pistola priore ait: *Constantium Diaconum, quem elegistis, novi. Diu mecum versatus est, cum Constantinopoli Nuncius essem, & nihil in ipso vituperio dignum deprehendi. Quia vero jam diu apud me statutum est, neminem cuiquam Ecclesiæ eligendum proponere, nihil aliud agam, nisi quod vestris precibus meas quoque ad Deum conjuncturus sum, ut det vobis dignum Pastorem. Jam nunc pensate, quis vobis utilior futurus esse videatur, pensate, inquam, maxima circumspeditione; nam postquam fuerit consecratus, non amplius vobis integrum erit ipsum judicare, sed ipsi submississime obedire oportebit, vel potius Deo, qui Fidelibus suis Episcopos dat.* Dum hic dicit S. Gregorius, quod nulli Ecclesiæ Episcopum eligendum proponat, id accipiendum est de illis Ecclesiis, quæ ipsi immediate subjectæ non erant; quippe in istis, quæ ipsi subjiciebantur, ipse E-

Ind. II. ep. 19.

Bb 2

pisco-

Sæculum VI. A. C. 593. III. ep. I. piscopum nominabat, quando Clerici & Populus de Pastore eligendo dissentiebant. Igitur Constantio in Episcopum Mediolanensem electo & consecrato, S. Gregorius eminentem Dignitatem gratulatur, addit paterna monita, & Pallium mittit. Hæc Epistola mensis Sept. 593. sub initium Indictionis duodecimæ data.

## §. XXXIII.

*Theolinda a Schismaticis seducitur.*

Constantius, ut mos ferebat, Fidei suæ Confessionem Papæ miserat, & quamvis in ea de tribus Capitulis nulla occurreret mentio, nihilominus tres illius Provinciæ Episcopi in vulgus spargebant, quod datis litteris promisisset, se illa damnaturum. Istud obtendentes ab ejus Communionem recesserunt, & Regina Theodelindæ, ut & ipsa recederet, persuaserunt. Hæc ubi ad S. Gregorium relata sunt, duas simul ad Constantium dedit Epistolas, primam ad ipsum solum directam, in qua dicit: *Nemo te melius scit, an inter nos de tribus Capitulis facta fuerit mentio; quamvis Laurentius Antecessor tuus suam super hac Quæstione Confessionem ad Sacram Sedem miserit, cui Viri nobilissimi & ego inter illos, cum tunc temporis Romæ Prætor essem, subscripsimus.* Alteram, quam Episcopus

III. ep. 4.

Id. ep. 2.

III. ep. 3.

Episcopis separatis prælegeretur; in ea Sæculum VI.  
A. C. 593.  
 Papa iterum affirmat, sibi & Constantio  
 de tribus Capitulis nullam fuisse men-  
 tionem, & testatur coram Deo, quod  
 Fidem Concilii Calcedonensis servet, e-  
 jusque Decretis nihil demere, nihil ad-  
 dere audeat, omnesque, qui plus minus-  
 ve, quam Concilium jubeat, crederent,  
 anathematizat. His verbis subjungit:  
*Si quis hac mea Confessione contentus non  
 sit, ille profecto non Concilium Calce-  
 donense amat, sed Ecclesiam Matrem  
 Nostram odit.*

S. Gregorius cum his Epistolis ter- III.ep.37.  
 tiam ad Constantium direxit, Reginae  
 Theodelindæ reddendam; quia vero in  
 ea de Concilio quinto loquebatur, cre-  
 didit Constantius, se consultius facturum,  
 si non redderet, ne scandali occasionem  
 Fœminæ præberet. Laudavit Constan-  
 tii prudentiam S. Gregorius, missaque III.ep.37.  
 alia Epistola, in qua recipiens quatuor  
 prima Concilia de quinto silet, Regnam  
 hortatur, ut rejecta omni mora Con-  
 stantio scribat, gratam sibi esse ejus Or-  
 dinationem significet, & ejusdem Com-  
 munionem amplectatur. S. Gregorius Epistolæ  
S. Gregorij.  
 datis simul ad Constantium litteris di-  
 cit: *Scias, oportet, Concilium Constan-  
 tinopolitanum, quod aliqui quintum vo-  
 cant, nihil definiisse, quod quatuor præce-  
 dentibus contrarium sit; nihil enim in eo*

Sæculum VI. *de Fide actum, sed tantum de quibusdam*  
A. C. 593. *Personis, de quibus in Concilio Calcedo-*  
*nensi nihil occurrit. Postquam conditi*  
*Canones fuerunt, mota est Quæstio de illis*  
*Viris, & in ultima Actione examini sub-*  
*jecta. Ex his videmus, S. Gregorium*  
 Papam non plures Actiones tanquam  
 Acta Concilii Calcedonensis recepisse,  
 quam septem priores, quæ Definitionem  
 Fidei & Canones complectuntur, & re-  
 liqua omnia tanquam privatorum Cau-  
 sas, quæ Ecclesiam Universalem non tan-  
 gerent, æstimasse.

v. *Sup. Lib.*  
*XXVIII.*  
 §. 22. 31.

ep. 37.

In eadem Epistola S. Gregorius ad  
 quosdam sibi propositos Articulos re-  
 spondet. Episcopus Civesque Brixien-  
 ses postulabant, ut Constantius ipsis ju-  
 ramenti fide affirmaret, se nunquam tri-  
 Capitula condemnasse. Ad istud S. Gre-  
 gorius dicit: *Si Antecessor tuus ejusmo-*  
*di juramentum non præstitit, illud nec a*  
*te jure exigere potest; si præstitit, Fidem*  
*datam fregit, & ab Ecclesia Catholica*  
*separatus est, quod tamen non credo. Ne-*  
*vero illis, qui tibi scripserunt, scanda-*  
*lum des, mitte Epistolam, & in ea cum*  
*Anathematismo profiteri, te Fidei Con-*  
*cilii Calcedonensis nihil detrabere, nec illos*  
*recipere, qui detrabunt; te omnes illos*  
*damnare, quos Concilium damnat, &*  
*omnes illos absolvere, quos Concilium ab-*  
*solvit. Scripsisti etiam, ipsos inde offere-*  
*re.*

di, quod in Missa Confratrem nostrum Sæculum VI.  
A. C. 593.  
 Joannem Episcopum Ravennatensem non  
 nomines. Inquire, quid antiqua consue-  
 tudo ferat, & eam sequere; id quoque  
 prius exquirendum, an ipse ad Aram No-  
 men tuum recitet; quod si ipse non fa-  
 ciat, nihil est, cur tu ad recitandum No-  
 men ipsius tenearis. Ex his dispicimus  
 morem illorum temporum, ut Episcopi  
 Magnarum Sedium viventes ad aram  
 nominarentur, sicut hodie Papæ Nomen  
 recitamus.

## §. XXXIV.

*Joannes Ravennatensis reprehenditur.*

Sancto Gregorio displicebat fastus  
 Joannis Episcopi Ravennatensis, qui  
 memor, aliquos Imperatorum in illa Civi-  
 tate sibi Sedem elegisse, & tunc Exar-  
 chorum præsentia tumidus, non solum  
 supra alios Episcopos, sed etiam Metro-  
 politanos se extollebat; cum igitur com-  
 perisset, quod Pallium etiam in publicis  
 Supplicationibus gestaret, eum hac de  
 causa data Epistola, quam Castorius Ec-  
 clesiæ Romanæ Notarius detulit, repre-  
 hendit. Joannes Responsoriam dedit in II. Ind. II.  
 speciem quidem admodum demissam, in *ep. 55.*  
 qua tamen tam consuetudinem suam ge-  
 standi Pallium defendit, quam quod Pres-



Sæculum VI.

A. C. 593.

byteri ipsius & Diaconi in ipsa urbe Roma, ut ipse asserit, mappulas pro veteri consuetudine gestare possint. Talis mappula nihil aliud erat, quam mantile, quod Presbyteri & Diaconi habebant, cum ad Altare ministrarent.

*ibid. ep. 54.*

Quia hoc Responsum S. Gregorio non satisfecerat, ad Joannem Ravennatenlem Epistolam dedit, in qua de Supplicationibus loquens dicit: *Quomodo excusare potes, quod illo tempore, quo in cinere & cilicio inter populi gemitus incedendum esset, tu per plateas illo ornamento fulgens incedas, quod in Aula secreta Ecclesie te gestasse negas? Vel te aliorum Metropolitanorum usui accommoda, vel Papa Privilegium, si quod habere asseris, exhibe. Omnia in Tabulariis nostris lustrari curavimus, & nihil invenimus. Petrus quoque Diaconum, Gaudiosum Desiderium, & Michaellem Primicerium, & Nuncios Antecessorum nostrorum Ravennate fuerunt, interrogavimus. Hi simpliciter negarunt, te aliquando ipsis praesentibus Pallio usum fuisse. Item Clerici nostri, id quod tuis competere dicis, consuetudinis esse negant. Nihilominus hunc usum concedimus Diaconorum tuorum praesentibus, tunc tantum, quando tibi ad Aram ministrant. Hæc Epistola mense Julio anno 593. data est.*

His Joannes Ravennatensis necdum ac-  
 quievit, sed Exarchum, Præfectum Italiae,  
 aliosque viros spectatissimos Ravennæ  
 degentes apud Papam Patronos adhi-  
 buit, ut sibi, quæ petebat, concederet.  
 Cumque Papa ex testimoniis fide dignis  
 comperisset, quod Joannis Antecessores  
 in Supplicationibus Festorum S. Joannis  
 Baptistæ, S. Petri, & S. Apollinaris primi  
 Ravennatensium Episcopi Pallium gestas-  
 sent, ipsi interim concessit, ut in his tri-  
 bus Festis & in Die Ordinationis suæ il-  
 lo ornatus incederet. At Joanne Raven-  
 natensi etiam extra Ecclesiam & nullo  
 observato Festorum discrimine sicut an-  
 tea Pallium gestante, acrius scripsit ad  
 eum Papa in hunc modum: *Imprimis*  
*non parum affligor, quod duplici corde*  
*scribas mihi Epistolas assentatione plenas,*  
*& a quibus familiares sermones tui ab-*  
*horrent. Secundo, quod more juvenum,*  
*& tyronum cavilleris, quod jocis insulsis*  
*& acerbis delecteris, & illis detrabas, quos,*  
*cum præsentis sunt, laudas. Tertio,*  
*quod iram non teneas, & domesticos tuos*  
*contumeliis atrocibus insecteris. Præ-*  
*terea, quod Clericorum tuorum vitia non*  
*corrigas, sed tanquam Dominus imperes.*  
*Tandem gravissimum est superbiæ tuæ ar-*  
*gumentum, quod extra Ecclesiam Pallium*  
*geras. Ex his omnibus liquet, quod E-*  
*piscopatus honorem in ostentatione exter-*

Sæculum VI.

A. C. 593.

IV. ep. 11.

IV. ep. 15.

Sæculum VI. *na non autem in conscientia interiore con-*  
 A. C. 593. *stitutum existimes.*

Tum forti & tenero affectu hortatur  
 ut errores præsertim sinceritatis defectum  
 emendet & claudit in hunc modum: *Non*  
*verbis sed mutatione vitæ mihi respon-*  
*de. (\*)*

§. XXXV.

(\*) Der Protestant flicket hier eine Anmerkung  
 an die also lautet: Diese Ermahnung würde  
 den Pabst *Gregorius* besser gekleidet haben  
 wenn er sich nicht selbst einer solchen Dopp-  
 pelherzigkeit schuldig gemacht hätte. Man  
 vergleiche aber nur damit die beyden Briefe  
 die er . . . an den Bischof zu *Mayland* *Con-*  
*stantius* geschrieben, davon er einen vor sich  
 allein behalten, den andern aber den Bischof  
 fen zeigen solte, die sich von ihm abge-  
 dert hatten; so wird man finden, daß sein  
 Herz so doppelt gewesen, als diese Briefe.  
 So redet dieser halb- Protestant (denn ein re-  
 licher würde den *Fleury* gar nicht, oder anders  
 übersezet haben) von dem heiligen *Gregorius* dem  
 Großen, aus dessen Betragen in allen Stücken  
 zugleich eine heilige Einfalt und auserlesene Weis-  
 heit erbhellet. Der Leser kann sich selbst des-  
 sen leicht erinnern, was von den Briefen des  
 heil. *Gregorius* an den Bischof *Constantius* furs  
 vorher gemeldet worden. Allein man weiß wohl  
 daß dieser Uebersetzer viel mehr um seiner  
 Schmähsucht wider die Römischen Päbste ein Ge-  
 nügen zu leisten, als der Wahrheit einen Dienst  
 zu erweisen, geschrieben habe.

§. XXXV.

Sæculum VI.

A. C. 593.

*S. Gregorii Dialogi.*

Sub idem ferme tempus S. Gregorius Dialogos suos scripsit anno Pontificatus sui quarto rogatus a Fratribus nempe a Clericis & Monachis, quibus familiariter utebatur; hi enim urgebant Virum Sanctum, ut aliqua conscriberet de Sanctorum Miraculis in Italia, quorum fama ad eorum aures pervenerat. Hæc S. Gregorius nos docet in Epistola circiter mense Julio Indictione undecima anno 593. ad Maximianum Episcopum Syracusanum data. Rogat eundem ut sibi ejusmodi facta, quæ in memoriam revocare posset, perscriberet. Horum Dialogos scribendi natam occasionem ipse S. Gregorius narrat in hunc modum: *Quadam die cum importunissimi mihi acciderent Sæculares aliqui homines, qui negotiis suis impliciti talia a nobis petunt, quæ concedere non debemus, ad secessum confugi, ut ea majore animi libertate considerarem, quæ mibimetipsi in meæ vitæ ratione & operatione displicebant.* Secessus iste est Monasterium S. Andreae Romæ, quod S. Gregorius fundaverat. Tum Sermonem prosequitur: *Ibi sedebam in longo silentio, mærore animi aeger. Solus apud me erat Petrus Diaconus, amicus meus ab unguiculis cariss-*

II. Ind. II. ep.

50. Lib. 1.

Dial. Præf.

Inscr. tom. 4.

Analect.

rissi-

Sæculum VI. A.C. 593. *rissimus, & studii in Sacra Scriptura  
 cius: Cum tristitia torpentem videret,  
 quæsiuit ex me, an nova lugendi causa  
 accessisset. Respondi: Antiquus est dolor  
 meus, quia dolendi habitum pridem con-  
 traxi, sed etiam novus est quodammodo,  
 quia quotidie augetur & crescit. Memi-  
 ni, quam beata fuerit in Monasterio ani-  
 ma mea, rebus caducis omnibus superior,  
 cum in cælestibus versaretur, dulci con-  
 templatione e corporis sui carcere egredi-  
 retur, mortem desideraret, quam plerum-  
 que tanquam supplicium perhorrescunt,  
 & eam amaret, tanquam vitæ initium,  
 & præteriti laboris mercedem. Nunc  
 vero occasione susceptæ animarum cura  
 negotiis sæcularibus obruor, & postquam  
 in exteriora effusus sum, nam dare aliquid  
 hominum importunitati cogimur, debi-  
 lior & minus homo ad interiora relin-  
 quor. *Ærumnarum* mearum pondus ex amissa  
 felicitatis memoria ingravescit; vix ta-  
 men illorum Bonorum satis recordor, nam  
 anima semper recedendo illius Beatitu-  
 dinis, qua fruebatur, & virtutum, quas  
 exercebat, tandem obliviscitur. Illud  
 non modicam doloris partem addit, quod  
 in memoriam redeat vita Sanctorum  
 Virorum, qui Mundum penitus relique-  
 runt. Dum eorum sublimitatem suspicio,  
 quam gravis ruina mea sit, clarius agno-  
 sco. Petrus respondit: Nescio de quibus  
 viris*

*viris tibi sermo sit; nunquam enim au-* Sæculum VI.  
A. C. 593.  
*divi, in Italia viros extitisse, quorum*  
*Sanctitas supra communem aliorum pie-*  
*tatem eminisset, saltem non memini ta-*  
*les, qui Miracula patrassent. S. Grego-*  
*rius dixit: Dies me deficeret, si ea nar-*  
*rare aggrederer, quæ ipse vidi, aut quæ*  
*ab exploratæ Pietatis & Fidei testibus*  
*accepi. Rogavit Petrus, ut sibi ejusmo-*  
*di factorum aliqua narraret ad utilita-*  
*tem illorum, qui magis exemplis, quam*  
*verbis aut Doctrina moventur. Con-*  
*sensit S. Gregorius, & dixit: Ut tollatur*  
*omnis dubitandi locus, ad quodlibet fa-*  
*ctum Auctorem nominabo, a quo illud di-*  
*dici. Quorundam etiam verba referam,*  
*aliorum vero solummodo sensum, ne ser-*  
*monis rusticitas lectorem offendat.*

Nempe jam tunc sermo latinus in ore populi admodum corrumpebatur, atque ista loquendi vitia in Libro & Materia gravi intolerabilia videri potuissent.

S. Gregorius Dialogum suum cum Petro prosequitur, narrans vitam & prodigia multorum Sanctorum Virorum in Italia, atque Opus in Libros quatuor dividit.

Initium ducit a S. Honorato, qui constructo Fundis Monasterio ducentos ferme Monachos rexit, atque sub annum 550. beato fine quievit. Tum transit ad

Sæculum VI. ad S. Libertinum & S. Hortulanum ejusdem Monasterii Monaehos. Et inde ad

A. C. 593. S. Equitium in Provincia Valeriæ Abbatem, cujus suo loco meminimus. De

*Sup. Lib. XXXII. §. 20.* pluribus aliis Sanctis Abbatibus & Monachis mentionem facit, unde pronum est judicare, Sæculo sexto in Italia non

*I. Dial. c. 6. 9. 10.* *Sup. XXXII. §. 13. &c. n. 47.* exiguum fuisse Monasteriorum numerum. Præterea aliquorum Sanctorum

Episcoporum, Marcellini Anconitani, Benifacii Ferentinensis, & Fortunati Todiensis laudes memorat. Liber secundus totus vitam S. Benedicti complectitur.

*Dialogi S. Gregorii.* In Libro tertio iterum de multis sanctis Episcopis, atque inter alios de

Summis Pontificibus Joanne I. & Agapito, de S. Datio Mediolanensi, de S. Sabino Canusino, S. Cassio Narniensi, S. Sabino Placentino, S. Cerbonio Populnensi, S. Herculano Perusino, de pluribus aliis SS. Presbyteris & Monachis memorabilia referuntur. In Libro quarto

*III. Dial. c. ult. Hom. 26. in Evang.* imprimis stabilitur animæ immortalitas, de qua aliqui etiam in sinu Ecclesiæ dubitabant, & S. Gregorius ipse in uno

Sermonum suorum fatetur, mentem suam aliquando circa Quæstionem de Resurrectione in ambiguo hæsisse. Ergo

*Immortalitas Animæ.* Immortalitatem Animæ probat primo ex Auctoritate Ecclesiasticis, dicentis: *Quid*

*Eccles. 6. 8.* *babet amplius sapiens a stulto? & quid pauper, nisi ut pergat illuc, ubi est vita?* Atque

Atque occasione hujus Quæstionis ad <sup>Sæculum VI.</sup>  
intelligendum hunc Scripturæ Librum, A. C. 593.  
distinguendo objectiones a Responsis, cla-  
vem tradit. Deinde ut hanc Doctrinam  
etiam rudissimis captu faciliorem redde-  
ret, narrat factum esse, ut plures animæ,  
sive cum corpore egrederentur, sive post  
mortem, hominibus apparuissent. Hac <sup>IV. Dial. c. 39</sup>  
occasione docet, dari Purgatorium,  
ignem, ubi Animæ expiantur a levioribus  
culpīs, a quibus in hac vita necdum pur-  
gatæ sunt.

Scio equidem istud præcipue S. Gre-  
gorii Opus Criticorum modernorum  
Censuram & quorundam contemptum  
non effugisse; verum ea, quæ hæcenus  
de Gestis & Doctrina hujus S. Pontificis  
retuli, & inferius relaturus sum, satis, ut  
opinor demonstrant, nec rudis ingenii,  
nec fraudulentæ suspicionem in tantum  
virum cadere. In tota sancti Papæ vita  
humilitas, candor animi, Bona Fides,  
Constantia, Fortitudo, & Prudentia  
consummata perspicitur. Id quidem  
verum, Reflexionum moralium, earum-  
que, quæ ad res gerendas facerent, stu-  
diosiorem fuisse, quam litterarum huma-  
narum, aut scientiarum, quas longa spe-  
culatione assequimur; hinc nullus est  
obstupescendi locus, si colligendo & e-  
narrando Miracula Sæculi sui Genio ser-  
vierit. Tum S. Gregorio certandum  
non



Sæculum VI.  
A. C. 593. non erat cum Philosophis, qui Religio-  
 nem argumentis oppugnarent; vix enim  
 alterius conditionis Pagani illa ætate su-  
 pererant, quam agricolæ, servi rustici  
 aut milites barbari, qui narratione Pro-  
 digiorum longe facilius, quam acutissimi  
 syllogismis ad Fidem pertrahi poterant.  
 Non igitur dubitavit S. Gregorius ea  
 litteris mandare, satis sibi fecisse ratus  
 si illa tantum referret, quæ post omnem  
 adhibitam diligentiam præ cæteris fide  
 digna esse credidit. Viri Sancti Fides  
 & Pietas de Omnipotentia Dei eum du-  
 bitare non sinebant, eratque optima in  
 istis Miraculis enarrandis intentio, scilicet  
 ut confirmaret titubantium fidem  
 de Immortalitate Animæ, de Resurre-  
 ctione corporum, de Intercessione San-  
 ctorum, de Reliquiarum ipsorum Vere-  
 ratione, de utilitate Orationis pro mor-  
 tuis, & præsertim de S. Sacrificio, de his  
 nimirum ritibus & Doctrina, quæ utri-  
 que dimis, in ipsis primordiis cum Ecclesia  
 nata erat. (\*)

Itaque

(\*) Huic Fleurii Reflexioni nolo aliquid ad-  
 dere, nisi Interpretis Protestantis in Nota  
 hunc locum interrogationem, quæ S. Gregorius  
 favet. Ob nicht . . . in den folgenden Zeiten  
 eine plumpe Feder darüber gekommen, und  
 dieselben die ungeheuersten Erzählungen mit ein-  
 gemischt?

Cetero

Itaque hi Dialogi statim ingenti plau-  
 su ubique recepti, per annos octingen-  
 tos nongentosve in summo pretio fuere.

Sæculum VI.  
 A. C. 593.

Eos S. Gregorius misit Theodelindæ Re-  
 ginæ, quæ illis ad convertendos Longo-  
 bardos usâ fuisse creditur; hi enim de  
 veritate prodigiorum, quæ narrantur, ju-  
 dicare poterant, cum ea acciderint ho-  
 minibus ex ipsorum Natione, quæ ante  
 annos circiter triginta necdum in Italiam  
 pedem intulerat. Zacharias Pontifex  
 post annos ferme centum quinquaginta  
 hos Libros in Græcum sermonem tran-  
 stulit, opus Græcis adeo gratum, ut in-  
 de S. Gregorium cognomento Dialogi-  
 stam dixerint. Sub finem Sæculi octavi  
 hi Libri in sermonem Arabicum con-  
 versi fuere.

Paul. hist.  
 Long. IV. c. 5.

§. XXXVI.

*Causa Maximi Salonensis.*

Sanctus Gregorius comperta morte Na-  
 talis Episcopi Salonensis Dalmatiæ

Sup. n. 26.  
 II. Ind. II.

Metro-ep. 22.

Ceterum hic Fleurius satis refutat Adversa-  
 rios suos dicentes, quod Miraculorum Auctori-  
 tati detrahat. Legat, si cui lubuerit, Melchioris  
 Cani de Dialogis S. Gregorii M. iudicium, in  
 fine addentis: *Si necesse est in alteram peccare  
 partem, omnia eorum probari legentibus, quam  
 multa reprobari malo.* De Loc. Theol. L. II.  
 cap. 6.

*Hist. Eccles. Tom. VIII.*

C e

Sæculum VI. Metropolitæ, ad Antoninum Subdiaconum Patrimonii illius Provinciæ Rectorem Mense Martio Indictione undecimo anno 593. scripsit in hunc modum: *Ubi hanc acceperis, abrupta mora Clericis & Populum illius Civitatis mone, ut consensu unanimi Episcopum eligant; tum Decretum Electionis ad nos mittes; si enim accedente nostro consensu pro temporum antiquorum consuetudine eligendus est. Inprimis caute observabis, ut non ista Electio datis muneribus aut potentium virorum Patrocinio vitietur; qui enim hac via ad Episcopatus apicem pervenit, postea Fautoribus suis non sine Bonorum Ecclesiasticorum dispendio, & Disciplinæ ruina obedire cogitur. Cur ut coram te Bonorum & ornamentorum hujus Ecclesiæ Inventarium conficiatur, illudque Respecti Diaconi & Stephani Notariorum Primicerii custodia trade, cum onere, ut rationem suo tempore reddant, & si damnum fecerint, in Bonis propriis reparent. Episcopo autem Malco dices, ne se ullatenus huic negotio ingerat. Erat is Episcopus ex Sicilia, qui Patrimonio in Dalmatia profuerat, sed mala fide; hinc jam ab hac curis excluditur. S. Papa ulterius sermonem ad Antoninum prosequitur in hæc verba: *Necessarios sumptus ecclesie mus subministrabit, qui illo munere fuerit**

gebatur, cum Episcopus mortuus est, & Successori rationem reddet.

Sæculum VI.  
A. C. 593.

Quia vero Natalis debitum Naturæ solverat, priusquam causam & litem cum Honorato Archidiacono, quem deposuerat, Romæ decidi petiisset, S. Gregorius datis ad Honoratum litteris absolutum ab omni culpa declarat, jubetque, ut functionibus suis sicut antea vacet.

II. Ind. II.  
ep. 32.

Porro ipso Honorato in Episcopum Clericis Salonensibus electo, & Papa hanc Electionem omnino approbante, multi tamen adversabantur, atque illius Provinciae Episcopi Honorato quemdam nomine Maximum prætulerunt, quem sibi faciliorem & vitiis suis indulgentiorem fore sperabant.

ibid. ep. 46.

Is impetrato ab Imperatore Decreto, quo Electio ipsius confirmabatur, illud exequi petiit a viris armatis Romani Exarchi Ravennatensis, quem donis corruerat. In illo tumultu Presbyterorum & Diaconorum aliqui verberibus affecti sunt, Antoninum vero Subdiaconum Patrimonii Rectorem haud dubie occidissent, nisi in fuga salutem reperisset.

III. ep. 20.

VII. ep. I.

IV. ep. 34.

Ubi ista molitio ad S. Gregorium relata est, datis ad Episcopos Dalmatiæ litteris Auctoritate S. Petri prohibuit, ne Episcopum Salonæ sine suo consensu ordinent, sub pœna Excommunicationis a Participatione Corporis & Sanguinis

Cc 2

Domi-

Sæculum VI. Domini Nostri. Nulla præterea decia  
 A. C. 594. ratur talis Electio, & Maximus nomina-

tim excluditur. Hæc Epistola Mensis  
 Octobr. Indictione duodecima anno 594  
 data. Mense Aprili sequentis anni 594  
 comperto, etiam vim fuisse adhibitam  
 cum Maximus intruderetur, ad eundem

III. epist. 20. scripsit, edicens, illud Imperatoris Man-  
 datum vel subreptitium vel suppositi-  
 tium haberi debere, *Non enim, inquit,  
 vitam tuam ignoramus, nec Imperatoris  
 voluntatem, qui se Causis Episcoporum in-  
 miscere non solet, ne peccatorum nostrorum  
 particeps fiat. Itaque Ordinationem legitimam credere non possumus Ce-  
 remoniam ab excommunicatis celebratam,*

*& donec ex Epistolis Imperatoris  
 Nuncii nostri certiores reddamur, te re-  
 vera ex ipsius Mandato fuisse ordinatum,  
 interdicimus tibi & Ordinatoribus tuis,  
 ne aliquo officio Sacerdotali defungamini,  
 aut Altari appropinquetis, priusquam  
 Responsum a nobis acceperitis. Hæc sub  
 Anathematis pena precipimus. Videmus,*

VII. ep. I. Imperatoris Reverentiam habuisse, ea  
 quidem Salonæ publice affixa est, sed  
 jubente Maximo lacerata, qui nulla il-  
 lius habita ratione ut Episcopum se ges-  
 sit. (\*) §. XXXVII

(\*) Hic adjecta Nota Interpres Protestant

§. XXXVII.

*Res Sardinia.*

Sæculum VI.  
A. C. 594.

Sub idem tempus nempe Mense Junio anno 594. Indictione duodecima *IV. ep. 33.*  
S. Gregorius ad convertendos Barbaricinos Sardinia Incolas adhuc Idololatria tenebris involutos animum adjecit, misitque illuc Felicem Episcopum Italia, & Cyriacum Abbatem ad S. Andream Romæ, quoniam tempore Januarii Episcopi *III. ep. 26.*  
Calaritani & in illa Provincia Metropolitana, etiam Servi propria sua Ecclesia in infidelitate permanebant; nec aliis Insula Episcopis Paganorum istorum conversio curæ erat. Econtra Zabarda Romani militis Dux in Sardinia S. Gregorii consiliis favens, Barbaricinis pacem obtulit, si Christiani esse vellent. *III. ep. 25.*  
Horum Dux, cui nomen Hospiton, jam antea Christianam Religionem susceperat, tuncque eum S. Gregorius rogavit, ut suis Missionariis faveret, & hortatus est, ut ad Gentis suæ Salutem operam conferret; quippe omnes ferme in tota Insula agricolæ infideles erant, ut Felix, & Cyriacus S. Gregorio referebant. Id *III. ep. 27.*  
C c 3                      vehe-

in audacia & contumacia hujus Episcopi Schismatici exultat, quotiescunque Auctoritati SS. Pontificum aliquid detrahi posse putat, de æquitate Causæ nullatenus sollicitus.

Sæculum VI. vehementer dolens S. Papa datis ad o  
 A. C. 594. mnes viros Nobiles & Dynastas litteris

III. ep. 23.

dicit, *Perpendite, quam stricte a vobis  
 Deus de subditis vestris rationem exactu-  
 rus sit! hi curæ vestræ commissi sunt, ut  
 vobis obsequia temporalia exhibeant, non  
 vero animabus eorum viam ad consequen-  
 dum Bona Cælestia aperiatis. Ipsis, qui  
 tenentur, facientibus, vos officio vestro  
 deestis.*

ep. 26.

De rusticis Ecclesiarum Servis ad E-  
 piscopum Calaritanum scribens ait: *Quid  
 profit, te hortari, aut quomodo sperem, te  
 externos ad Fidem conversurum, si negli-  
 gis tuos? Attamen absoluta necessitas po-  
 stulat, ut hæc res Episcopo curæ sit, et  
 ego si post hæc rescivero, aliquem in Sar-  
 diania Episcopum Colonos habere infideles  
 severe pænas exigam. Si autem Colonos  
 obstinato animo Diis & Idolis suis in-  
 hæreat, gravioere tributo prematur, ut  
 sapere discat.*

Sardinia.

In eadem Epistola Summus Pontifex  
 de multiplici abusu queritur; Episcopos  
 a Judicibus Laicis opprimi, Januariam  
 non sine vecordia tolerare, se a Clericis  
 suis contemni, & sub prætextu piæ sim-  
 plicitatis permittere, ut Disciplina dis-  
 solvatur. Nihilominus Papa in Epistola  
 antea data eundem reprehenderat, quod  
 virum spectatum ob injuriam sibi illa-  
 tam excommunicasset. Nempe levis in-  
 genit





Sæculum VI. vero percepisset, hanc prohibitionem  
 A. C. 594. quibusdam scandalo fuisse, rursus scrip-  
 III. epist. 26. *psit: Id fecimus secundum antiquam No-*  
*stræ Ecclesiæ consuetudinem; si qui idcir-*  
*co vehementer offenduntur, etiam Pres-*  
*byteris concedimus, ut baptizatos Chris-*  
*mate ungant in fronte absentibus Episco-*  
*pis.* Theologorum aliqui ex Auctoritate  
 S. Gregorii concludunt; quamvis E-  
 piscopus sit Minister ordinarius Sacramen-  
 ti Confirmationis, a Presbytero tamen  
 per dispensationem administrari posse, et  
 fusque in Ecclesiis Occidentis tunc fuisse  
 diversos, quemadmodum hodieque in  
 Ecclesia Græca & Latina sunt.

## §. XXXVIII.

*Reliquiæ non transferantur.*

Constantinæ Imperatrici S. Pauli Capiti  
 aut aliquam aliam ejus Corporis par-  
 tem

movere potest, quod Papa hic mentionem faciat de unctione infantum in pectore cum oleo Catechumenorum, & de unctione in Vertice & Chrismate nullam.

An vero Apostoli tam in Baptismo quam in Confirmatione unctionem aliquam adhibuerint, expresse non legimus, at primos Christianos ab Apostolis hos ritus edoctos fuisse, non est dubitandum. In Sacramentario S. Gelasii legitur, quod Presbyteri ab Episcopo Baptizatos & e fonte egredientes Chrismate unxerint in capite, sed nec inde dubium satis solvitur.

tem in Ecclesia, quæ ad Honorem hujus Sæculum VI. S. Apostoli in Palatio Constantinopolitano ædificabatut, collocandam petenti, A. C. 594. respondit S. Gregorius: *Jubes, quæ facere nec possum, nec auderem; nam Corpora SS. Apostolorum Petri & Pauli editis miraculis tam terribilia evaserunt, ut etiam illi, qui accedunt oraturi, magno terrore concutiantur. Cum Antecessor meus aliquod ornamentum ex argento super Sepulchrum S. Petri positum, licet quindecim pedes a Corpore remotum, permutare voluisset, terrifico ostento a proposito absterritus fuit. Cum ego ipse aliqua prope Corpus S. Pauli reparare vellem, & penes Sepulchrum humus altius effodienda esset, illius Loci Præpositus aliqua ossa inventa, quæ tamen sepulchrum non contingebant, in alium locum transtulit, & ecce! tristi visione perterritus subito expiravit. Item cum Antecessor meus loci illius, ubi S. Laurentii Corpus sepultum est, decora restauraturus esset, & terram fodientes, ubi Corpus quiesceret, accurate non scirent, repente aperuerunt Sepulchrum; ecce autem! Monachos & Mansionarios omnes, qui manus operi commodaverant, quod S. Corpus conspexissent, etsi illud non tetigerint, intra decem dierum spatium mors abstulit.*

III. ep. 30.

C c §

Igitur

Sæculum VI. Igitur scias velim, Domina! Roma  
 A. C. 594. nos cum Reliquias Sanctorum distribuunt,  
 non dividere eorum Corpora, sed in  
 xide ponere Sindonem, quæ penes Corpus  
 Sancti collocatur, & inde acceptam in Ec-  
 clesia, quæ dedicanda est, congrua ven-  
 ratione deponi; tot vero ibi miracula pe-  
 trari solent, ac si ipsum Corpus illo trans-  
 latum fuisset. Ætate S. Leonis Pape,  
 quibusdam Græcis de virtute ejusmodi  
 Reliquiarum dubitantibus, iussit Vir  
 Sanctus tradi sibi scalpellum, cumque  
 Sindonem incidisset, sanguis efflavit.  
 Hæc Majorum nostrorum fide accepimus.  
 Nam non Romæ modo, sed in toto Oc-  
 cidente aliquam partem a Sanctorum  
 Corporibus avellere Sacrilegium repu-  
 tatur. Hinc valde miramur morem  
 Græcorum, qui ossa Sanctorum auferre  
 dicuntur, vixque huic rei fidem adhibere  
 possumus. Annis abhinc duobus aliqui  
 Monachi Græci advenerunt, qui mortuo-  
 rum corpora in campo Ecclesia S. Pauli  
 proximo effoderunt; & ossa reposuerunt.  
 In ipso facinore deprehensi, & accuratè  
 interrogati, cur istud molirentur, confessi  
 sunt, se ossa ista tanquam Sanctorum  
 Reliquias in Græciam delaturos fuisse.  
 Ob istud exemplum multo magis dubi-  
 tare cœpimus, an verum sit, quod ajunt,  
 quandoque revera Sanctorum ossa ex  
 uno loco in alium transferri. Nempe  
 S. Gre

Sanctorum  
 Reliquiæ.

S. Gregorius omnes Reliquias de loco Sæculum VI.  
A.C. 594.  
in locum translatas adulterinas suspicabatur.

Tum S. Gregorius sermonem semper ad Imperatricem dirigens prosequitur: *Mandatum istud, cui morem gerere non possum, a tua Indole, ut ego arbitror, non proficiscitur, sed ab instinctu illorum, qui me Augustorum Principum gratia dejectum cuperent. Spero in Dei auxilio susurronum artes apud te non valituras. Ne tamen pium tuum desiderium frustrari videar, mittam tibi sine mora aliquas particulas catenarum, quas S. Paulus in collo & in pede gestavit, multis jam editis miraculis claras; si tamen lima aliquas particulas separare potuero. Sæpe veniunt ad nos, qui talia ramenta petunt. Episcopus limam arripit, & quandoque uno momento particulas aliquas, quandoque diu multumque limando nullas avellit.* Hæc ad Imperatricem Epistola Mensæ Junio Indictione duodecima anno 594. data. Inde dispicimus, quid rei fuerint SS. Apostolorum Reliquiæ, quarum mentionem S. Gregorius in pluribus aliis Epistolis facit. Plerumque erat aliquod Brandeum (ita enim dicebantur linteola, quæ aliquamdiu penes Apostolorum Sepulchra deposita fuerant) hæc sequentium Sæculorum ignorantia Corporalia esse credidit. Non nunquam particulae  
cate-

Sæculum VI. catenarum S. Petri aut S. Pauli limatio  
 A. C. 595. ne avulsæ Crucibus aut Clavibus aureis  
 I. ep. 15. 29. includebantur. Multæ extant Epistolæ  
 30. &c. in quibus de ejusmodi clavibus mentio  
 fit, & miracula recensentur.

## §. XXXIX.

*Episcopus Universalis.*

IV. ep. 39. Illud quod dicit S. Gregorius, fuisse qui  
 ipsum Imperatricis Gratia privatum  
 cuperent, præcipue ad Joannem Patriar-  
 cham Constantinopolitanum pertinere  
 videtur, quem inter & Papam illo tem-  
 pore celeberrima disceptatio orta est.  
 Misit Joannes S. Gregorio Acta cujus-  
 dam Judicii, quod contra Presbyterum  
 Hæresis accusatum pronunciaverat, in  
 quibus post singulas ferme lineas titu-  
 lum Patriarchæ œcumenici sibi ipsi tri-  
 buebat. S. Gregorius etiam hac vice  
 ordinem Correctionis fraternæ servat-  
 IV. ep. 38. us, Joannem bis per Nuncium suum  
 moneri jussit, tum ipse prima Jan. Indi-  
 ctione 13. anno 595. ad eum Epistolam  
 dedit, quam exorsus est in hunc modum:  
*Scis, te Ecclesias pace tranquilla fruere  
 inveniisse; nunc vero capere non pos-  
 sum, cur tibi in mentem venerit, usurpa-  
 re inauditum Nomen, quod omnibus Evo-  
 tribus tuis scandalo esse possit. Illud præ-  
 cipue miror, quod, cum ab initio Episco-  
 patum*

patum effugere volueris, jam illum conse-  
 cutus talia moliaris, ac si ambitiose qua-  
 sivisses. Episcopi nomine te indignum  
 profitebaris, nunc eodem nomine vis solus  
 honorari. Pelagius Antecessor meus da-  
 tis ad te gravissimis litteris id ipsum se-  
 vere reprehendit, Acta Concilii, quod in  
 Causa Fratris nostri Gregorii Episcopi  
 convocaveras, irrita & nulla declaravit,  
 & Archidiacono, suo in Aula Imperato-  
 ris Nuncio, prohibuit, ne unquam te prae-  
 sente Missae interesset. Ex quo ad Re-  
 gimen Ecclesiae vocatus fui, sicut manda-  
 vi, alii Nuncii mei, & nunc ultimo  
 Sabinianus Diaconus hac de re te mo-  
 nuerunt. Et quia humani corporis vul-  
 nera leni manu tractanda sunt, prius-  
 quam ferrum adhibeatur, rogo te, ob-  
 testor, & in visceribus Charitatis exhor-  
 tor, ut adultores tuos Nomen, quod in-  
 sana superbia suggerit, tibi tribuentes,  
 repellas. Patriarchae autem non solum  
 familiares, & in paucis amici adulaban-  
 tur, sed Episcoporum Orientalium ple-  
 rique, per quem solum ipsis ad Impera-  
 torem patebat accessus. Tum S. Gre-  
 gorius ita prosequitur: *An nescis, Con-  
 cilium Calcedonense honorem istum Epis-  
 copis Romanis obtulisse, & Universales  
 appellasse? nullum vero illorum invidio-  
 sum Titulum recepisse, ne Episcopatum*  
*sibi*

Sæculum VI.  
 A.C. 595.

Sup. Lib.  
 XXXIV.  
 §. 59.

Sæculum VI. *sibi soli (\*) usurpare, & omnibus aliis*  
 A.C. 595. *Fratribus suis rapere viderentur*

In reliqua hujus Epistolæ parte S. Papa  
 Joannem ad virtutem Humilitatis ve  
 hementer exhortatur. In Concilio Cal  
 cedonensi omnino aliqui Libelli occur  
 runt ad S. Leonem directi, cum titulo  
 Archiepiscopi Oecumenici, scilicet Li  
 bellus Theodori & Ischyronis Diacono  
 rum Alexandrinorum; item Athana  
 Presbyteri, qui eum Patriarcham oecum  
 enicum vocat.

Ad Sabinia  
 num

S. Gregorius, data eodem tempore  
 ad Sabinianum Nuncium suum Epistola,  
 detegit Joannis fraudes, qui Imperato  
 rem substituerat, ut pro se scriberet. *Ni  
 mirum sperat, inquit Papa, ambitionis sue  
 Auctoritatem conciliare, si Imperatorum  
 audio, aut infensum mihi Principem vide  
 dere, si non audio. Verum recta semper  
 ingrediar via, neminem in hac causa  
 timens, nisi solum Deum. Sed nec te  
 quidquam terreat. Quæcunque magna  
 habet Mundus, amore veritatis sperne, et  
 que spem tuam ponens in Deo, & S. Pe  
 tri auxilio rem magna Auctoritate gerit.  
 Cum hostium gladios a jugulis nostris re  
 movere non valeant, & Bona nostra amitte  
 re coegerint, ut Rempublicam servare  
 possimus.*

(\*) Hic dispicitur, in quo sensu S. Gregorius  
 Episcopus universalis appellari noluerit.

mus, pudori profecto ferendo non essemus, si etiam Fidem, consentiendo eorum superbiae, nobis auferri sineremus. S. Gregorius hanc Litem ad Quæstiones Fidei pertinere existimat, quia revera Fides prohibet unicum Episcopum agnoscere, cujus cæteri solummodo Vicarii sint. (\*) Præterea præfagebat animus sapientissimo Viro, quam funestos exitus Episcoporum Constantinopolitanorum ambitio habitura esset; & vera prospexisse, rerum eventus sequentibus Sæculis edocuit.

Sæculum VI.  
A.C. 595.

Itaque Papa ad Imperatoris Patriarchæ suo faventis Epistolam respondens ait, causam unicam calamitatum publicarum fastum Episcoporum existere, & addit: *Quod verbo prædicamus, exemplo nostro destruimus. Ossa nostra jejuniis attenuantur, & Spiritus superbia inflatur, jacentes in cinere honores affectamus, & sub ovium specie luporum dentes occultamus.*

IV. ep. 31.

Hæc dicta ad externum Sanctitatis habi-

(\*) Quia nempe omnes Apostoli Potestatem suam immediate a Jesu Christo acceperunt. Interpres Protestans hic sensum contrarium reddidit: Weil in der That der Glaube nicht gestattet, mehr als einen Bischof zu erkennen, dessen Vicarii alle andere sind. Errores alios innumeros sileo.



Sæculum VI. habitum Joannis Constantinopolitani, quæ  
 A. C. 595. Jejunator vocabatur, referenda sunt.

Tum S. Gregorius prosequitur: *Totius Ecclesiæ Regimen & Primatus S. Petri data fuere; ideo tamen non vocatur apostolus Oecumenicus. (\*) In tota Europa dominantur Barbari, eversa sunt Civitates, munimenta destructa, devastata Provincia, terræ sine Colonis, ab Idololatrorum arbitrio Fidelium vita pendet; quid interim Episcopi? dum in cinere prostratos lugere & plorare oporteret, nova nomina, vanos titulos quærunt, & Magnam Gloriam aucupantur. Num forte causam meam privatam defendo, vel Causam Dei & Ecclesiæ universalis? Scimus, plures Episcopos Constantinopolitanos non Hæreticos modo, sed etiam Hæresiarchos extitisse, quales fuere Nestorius & Macedonius. Si vero qui tenet hanc Sedi Episcopus Universalis esset, tota cum ipso errore laberetur Ecclesia. (\*\*)* Ego quidem omnium Episcoporum Servus sum, quamdiu vitam Episcopo dignam vivo, si vero aliquis contra Deum caput attulerit,

(\*) Scilicet non vocatur in eo sensu, quia vero non etiam cæteri Apostoli ad universas Gentes missi fuissent.

(\*\*) Nam in sensu S. Gregorii nullus tunc melius Episcopus esset, qui errantem posset in viam reducere.

lat, confido neminem parem futurum qui efficiat, ut ego cervices meas cuiquam homini aut etiam gladio inclinare cogar. Sæculum VI.  
A. C. 595.  
*Vel igitur hanc Causam ipse judicare clementer velis, vel Joannem Episcopum proposito absistere compelle. Huic, ut mandatis tuis obedirem, mansuete & humilibus verbis scripsi; si me audierit, habebit me fratrem sibi devotissimum, secus autem, illum sentiet Adversarium, qui superbis resistit.* Jac. 4. 6.

S. Gregorius eadem de re sed libere calamo Constantinæ Imperatrici scripsit. *O tristem Ecclesiæ sortem, inquit, ab Imperatore tolerari virum, qui non sine omnium aliorum contemptu solus Episcopus vult appellari! hanc quidem Gregorii peccata merentur; at quid S. Petrus peccavit, ut tantam pati cogatur injuriam? & vobis regnantibus? viginti septem anni effluxerunt, ex quo in-* IV. ep. 34.  
*ter Longobardorum gladios trepidamus.* Epistola ad Imperatricem.

*Et nemo credit, quantum quotidie hæc Ecclesia hostibus pendat. Dicam, quod res est; sicut Imperator Exercitus sui Ravennatensis Ærario Præfectum habet, ita ego Romæ Longobardorum Ærario præfectus sum. Præterea Ecclesia hæc, quæ nunquam non alios sumtus in Clericos, in Monasteria, in Pauperes, in Populum facit, etiam mærove omnium aliarum Ecclesiarum affligitur, sub unius viri fastu*

*Hist. Eccles. Tom. VIII.*

D d ge-

Sæculum VI gementium, malumque augetur, ex eo  
 A.C. 595. quod sub tanta tyrannide nemini saltem  
in questus libere solvi liceat.

Cum Maximus Salonensis alienæ Sæ-  
 dis usurpator in obstinatione persevera-  
 ret, hac de re S. Gregorius in eadem  
 Imperatricem Epistola conqueritur, di-  
 cens: *Vir iste confidit in Patrocinio*  
*quorundam sæcularium, quos donis ingratu-*  
*tibus ex Ærario Ecclesiæ suæ sumtis*  
*ibi conciliare dicitur, & , quamvis Imper-*  
*ator præceperit, ad me venire detrectat.*  
*Ego vero Principi obedientiam præsto, si*  
*licet, me præterito, Maximus ordinatus*  
*fuerit, libentissime ignosco. At alia*  
*jus crimina silentio involvere Deus non*  
*permittit, scilicet peccata impudicitia*  
*Ordinationem dato pretio obtentam, Ma-*  
*xi- sas, quas excommunicatus celebrare cogit*  
*est, cujus præcipue delicti rationem ut*  
*aliquando reddere valeat, Deum precor.*  
*Præcipit Imperator, ut hunc Episcopum*  
*cum hoc venerit, honorifice excipiam,*  
*durum imperium, dum hominem in-*  
*gnum & tot sceleribus fœdatum reverent-*  
*jubeor! & si denique Episcoporum Con-*  
*sæ, de quibus meum est judicare, in Au-*  
*la Imperatoris aliorum hominum Aucto-*  
*ritate definiuntur, quid mihi & Romana*  
*Ecclesiæ?*

Patriarcharum omnium plurimum  
 intererat, ut Joannis Constantinopolitani

ni audacia reprimeretur; hinc S. Gre-  
 gorius communem Epistolam ad S. Eulo-  
 gium Alexandrinum, & S. Anastasium  
 Antiochenum dedit. In ea originem  
 Contentionis a Concilio Joannis Con-  
 stantinopolitani, quod Pelagius Papa nul-  
 lum declaravit, per annos octo duran-  
 tis repetit, & eadem argumenta, quæ  
 in aliis Epistolis, affert; tum addit: *Ne-  
 mini unquam Titulum Oecumenici tri-  
 buite, & nolite sinistram suspicionem de  
 Imperatoris fide concipere. Deum timet,  
 & nihil contra Evangelium aut Cano-  
 nes molietur.* Et inferius: *Si cui hoc  
 Titulo uti permittatur, de omnium alio-  
 rum Patriarcharum Auctoritate actum  
 erit, & si ille, qui Episcopus Universalis  
 dicitur, in errorem lapsus fuerit, nullus  
 supererit Episcopus, qui in vera Fide per-  
 severet. (\*)* Igitur obtestor vos, ut Eccle-  
 siarum vestrarum Auctoritatem talem,  
 qualem accepistis, tueamini. Omnes E-  
 piscopos vobis subjectos ab enormi corru-  
 ptela servate immunes, & vos vere Eccle-  
 siæ Universalis (\*\*)  
 Patriarchas ostendi-  
 D d 2 te,

(\*) Etiam si unicus in tota Ecclesia daretur  
 Episcopus, hunc tamen S. Gregorius errare pos-  
 se supponit.

(\*) Sicut omnes Episcopi in suo sensu sunt  
 Episcopi Ecclesiæ Universalis, quia sunt Suc-  
 cessores Apostolorum.

*Sæculum VI. te. Si superveniant adversa, unanimesimus, & etiam, si opus fuerit, fuso sanguine demonstremus, non privati commodi causa intolerabilis ambitionis Titulus a nobis damnari. Credite mihi, cum eum unice finem Dignitatem Episcopalem susceperimus, ut prædicemus Veritatem, tutius erit, ejusdem Veritatis amore eminentis Dignitatis fastigium relinquere, quam servare, si istud Ecclesia utilitas postulaverit. Orate pro me, ut quæ libertate Sacerdotali dico, operibus comprobem. Quinque istæ S. Gregorii Epistolæ, de Joannis Constantinopolitani ambitione tractantes, eadem die scriptæ prima Jan. anno 595. & simul conuenientes ad Sabinianum Nuncium missæ videntur.*

## §. XL.

*S. Gregorii Sermones.*

*Sup. n. 23.* Interim Roma Longobardorum armis premebatur; nam cum Romanus Patricius & Exarchus Ravennatensis victoribus fœderibus Perusiam aliasque urbes occupasset, Agilulphus Longobardorum Rex perfidia incitatus, cum valido exercitu ex urbe Ticinensi, ubi Sedem fixerat, egressus, recuperata Perusia, copias Romæ admovit, obseditque. *Paul. IV. hist. Long. c. 8.* cum Exarchus Perusiam in potestatem

testatem suam redacturus militem abdu-  
xisset, sine præsidio fuerat; hinc Romam  
tunc captum iri nemo dubitabat, quam  
nihilominus annona, copiis, & civibus  
destitutam Gregorii Præfecti & Castorii  
Magistri Militiæ industria & fortitudo ser-  
varunt.

Sæculum VI.  
A. C. 595.

Greg. IV.  
epist. 31.

S. Gregorius tunc temporis in suis  
Sermonibus Ezechielem Prophetam ex-  
plicabat, quippe Vir sanctus omnibus E-  
piscopi Officiis intentus Prædicationem  
in primis curis habebat. Sub initium  
Pontificatus sui quadraginta Homilias in  
Evangelia, quæ tunc Romæ per anni  
cursum legebantur, & hodieque iisdem  
diebus plerumque recitantur, composuit.  
Ex his viginti scribentibus dictaverat, &  
deinde populo prælegi jusserat. Vigin-  
ti alias ex Cathedra pronunciaverat, eas-  
que ex ore loquentis Notariorum cala-  
mus exceperat. Hæ in duos libros non  
secundum dierum ordinem, sed tempo-  
ris, quo eas per annos plures compo-  
suit, collectæ. Ita in unum volumen  
collatas Secundino Episcopo Tauromi-  
niensi in Sicilia misit, significans, eas in  
Missa fuisse pronunciatas; illud enim e-  
rat consuetum Prædicationis tempus.

Præf. in  
homil.

Post hæc S. Gregorius Ezechielem  
Prophetam populo suo explicare aggres-  
sus est, aderantque qui has Homilias,  
sicut eas eloquebatur, scriberent. Post-  
quam

Sæculum VI. quam Homilias duodecim in tria prima  
A. C. 595. Capita pronunciaffet, populusque vide-  
 ret, Pontificem ingenti, qua premebatur, negotiorum mole impediri, quo mi-

*Præf. in l. 2.* nus totum librum absolveret, rogavit, ut saltem ultimam Partem, ubi de Restauratione Templi agitur, & quæ maxime obscura est, exponeret. Respondit Papa: *faciam, quod petitis, sed duo sunt, quæ mentem meam in hoc labore suscipiendo perturbant, perplexa admodum Propheciæ materia, & delatum ad nuncium, Agilulphum Longobardorum Regem Padum cum exercitu superasse, & strenue progredi, Civitatem nostram obsessurum. Jam vestrum arbitrium appello, Carissimi fratres! quomodo mens mea timore perculsa & in tot curas distracta apta esse possit, ut in alta Mystéria penetret? nihilominus Cæli favore & fervore desideriorum vestrorum confirmor.* Unam

Homiliæ S.

Gregorii.

Hom. I.

Homiliarum suarum exorditur in hunc modum: *Ne temeritatis notam quemquam vestrum incurram, imprimam edicam, quo spiritu ducar, dum profundissima Mystéria vobis explicare aggredior. Sæpe mihi accidit, ut illa Sacra Scripturæ loca, quæ solus intelligere non potui, ubi deinde in præsentia Fratrum meorum fui, intellectu facilia mihi fierent; unde intuli, hoc Donum ad utilitatem Fratrum meorum a Cælo mihi datum.* Ita

que si quæ in hoc Propheta non intelligo, Sæculum VI.  
 ignorantiam meæ tenuitati adscribo, si ve- A. C. 595.  
 ro multa capiam, id vobis in acceptis  
 refero.

In alia Homilia S. Gregorius Italiæ & *Hom. 18. p.*  
 Romæ miseras depingit in hunc modum: *1184. edit.*  
 Quid adhuc in hoc Mundo, quod nobis pla- *Paris. 1640.*  
 cere queat, superest? non nisi tristia ocu-  
 lis objiciuntur, gemitibus aures imple-  
 tur. Destructæ sunt Urbes, diruta Pro-  
 pugnacula, agri devastati, Provinciæ in  
 solitudinem abierunt, & exiguæ humani  
 generis Reliquiæ Divini Numinis ira con-  
 teruntur. Oculis nostris conspicimus, hos  
 in captivitatem abstrahi, illos turpiter  
 mutilari, trucidari alios. Roma, Ro-  
 ma, inquam, olim Mundi Domina, ho-  
 die magni nominis umbra, calamitatibus  
 oppressa, a Civibus derelicta, ab hostibus  
 vexata, suis ruinis sepulta jacet. Ubi  
 Senatus? ubi Populus? imo, ubi homi-  
 nes saltem? ipsa etiam ædificia collabun-  
 tur, corruunt mœnia. Ubi jam sunt illi,  
 qui aliquando in hujus urbis Gloria læ-  
 tabantur? ubi Pompa, ubi Triumphi?  
 olim Romani Principes, Ducesque, in Pro-  
 vinciciis dispersi, gentium spolia cumula-  
 bant, confluebant undique juvenes, ad  
 summa honorum culmina aspirantes. Ho-  
 die cum eversa & deserta jaceat Civitas,  
 nemo venit fortunam adoraturus, nullæ  
 potentes factiones supersunt, quæ infir-



**Sæculum VI. *miores opprimant.*** Hanc Romæ descriptionem non mirabitur Lector rerum præteritarum gnarus, si animum reflectat, Romam jam ab annis trecentis Imperatorum Sedem non amplius fuisse. Diocletianus Nicomediæ morabatur, Constantinus Byzantium sibi elegit. Imperatores Occidentis cum in Illyrico tum in Gallia Sedem figebant, aut si in Italia versarentur, residebant Mediolani vel Ravennæ, quæ Civitas etiam Regum Gothorum & deinde Exarchorum Sedes fuit. Cum igitur Principes abessent, & negotia publica alibi gererentur, sensim deserta est Roma, Palatia incolis vacua collapsa sunt, & in dies Civitas ista depressa, donec tandem in abyssum illius horrendæ Desolationis cecidit, quam S. Joannes Evangelista in Apocalypsi vaticinatus fuerat. Tum S. Gregorius subdit: *Quæ de Urbe nostra diximus, in aliis quoque totius orbis terrarum Civitatibus contigisse discimus; aliæ enim fame, aliæ ferro, aliæ terræ motibus, aliæ aliis calamitatibus oppressæ perierunt. Itaque Fratres? ex toto corde hunc Mundum, saltem dum perit, spernamus, & desideriorum vincula, quibus eidem inhaeremus, dum esse desinit, abrumparamus.* S. Gregorius omnino credebat, Mundi finem imminere, & mali ultimi mala prænuncia esse ominabatur tot Barbarorum incurso-

nes,

nes, tot bella, & calamitates publicas, <sup>Sæculum VI.</sup>  
 quibus Sæculum ipsius affligebatur. De <sup>A. C. 595.</sup>  
 hoc terrifico sine frequentissime loqui-  
 tur, nihil in Sermonibus ejus, nihil in  
 epistolis sæpius occurrit, quam horren-  
 di Judicis adventus, & Judicii rigor.  
 Cum hoc timore perterritus scripserit,  
 nihil mirum, si ipsius Dictione humilita-  
 tem, Compunctionem, lacrymas & pœ-  
 nitentiam spiret.

Decem non plures Homilias in ulti-  
 mam Ezechielis partem scripsit, & unum  
 tantum explicavit caput; tum Epilogum  
 addidit in hæc verba: *Nemo mihi vitio  
 vertat, si post hunc Sermonem explicare  
 cessem. Omnes cernitis, quousque excre-  
 verint ærumnæ nostræ, undique hostium  
 gladiis cingimur, aliqui ex nostris abscis-  
 sis manibus revertuntur, alios captos, alios  
 necatos fuisse, ajunt. Quis Scripturæ  
 Mysteria explicet, quando moriendum est?  
 quid aliud superest, quam inter lacrymas  
 Gratias agere Deo, a quo propter pecca-  
 ta nostra ferimur?*

Præf.

Viginti duæ istæ Homiliæ in Ezechie-  
 lem exinde post annos octo in Libros  
 duos, quemadmodum antea Homiliæ in  
 Evangelia, collectæ sunt, easque S.Gre-  
 gorius Mariniano Episcopo, qui illas sibi  
 expetierat, misit.

D d 5

§. XLI.

Sæculum VI.  
A.C. 595.

§. XLI.

S. Gregorii Querelæ.

IV. epist. 29. Sanctus Gregorius, cum omnia in dies Romanis arctiora fierent, misit, qui cum Agilulpho Rege de Pacis conditionibus agerent, & placuere Barbaro, quæ proponebantur. Igitur, ut etiam Exarchus consentiret, ad Severum Scholasticum, cujus consilio utebatur, scripsit Papa in hunc modum: *Scias velim, Agilulphum Regem toti Italiae pacem daturum, si modo Exarchus damna reparet, quæ in itæ pacis fidem frangendo intulit; nam istud solum est, de quo queritur. Illud quoque minime ignoras, quam necessaria nobis pax sit. Spero proinde te illis, qua vales, prudentia effecturum, ut Exarchus ad concludenda fœdera animum sine mora adjiciat; nam si cunctetur, promittit Rex, se nobiscum vobis exclusis de pace acturum, & certissime scimus, fors ut plures aliæ Civitates in hostium potestatem redigantur. Imperatori, cujus animum verisimiliter Exarchi, S. Gregorio infensi, litteræ irritaverant, non probabatur, quod Papa cum Longobardis pacem pacisci meditaretur, & data epistola simplicem esse virum S. Gregorium arguit, qui Barbarorum verbis fidem adhiberet. Pupugit Papam acerba reprehensio, & Imperatori rescripsit, se*

per.

perbene intelligere, quod honestiore no-  
mine dementiæ accusaretur, & fateor,  
inquit, ex merito me lædi, si enim sa-  
piens fuisset, nunquam hoc caput tot ma-  
lis totque periculis & Longobardorum ar-  
mis sponte exposuisset. Queritur dein-  
de, sibi vera suadenti fidem non haberi,  
& addit: *lubentissime simplicitatis meæ  
contemptum silentio æterno involverem, nisi  
cernerem, dilectam Patriam in horas sin-  
gulas graviore servitute premi. Hoc  
torquet Civitatis Romanæ amantissimum  
pectus, quod hostium vires immensum cre-  
scant, & ideo crescant, quia mea sper-  
nuntur consilia. Auguste! dubites licet,  
an ego vir prudens sim, utcunque visum  
fuerit, id tantum ne feceris, ut quibus-  
cunque te circumstantibus, ubi de Repu-  
blica agitur, & de conservanda vel amit-  
tenda Italia, faciles aures præbeas. Non  
ex verbis, quæ tibi placent, sed ex rerum  
eventu judica. Deinde S. Gregorius mo-  
nitum inculcat, etiam coronatos Prin-  
cipes teneri, Episcopis, etsi illorum Do-  
mini sint, maximam Reverentiam exhi-  
bere. Hæc epistola mense Junio anno  
595. data est.*

Sub idem tempus ad aliquem Episco-  
pum in Oriente degentem scribens con-  
tra Exarchum conqueritur in hunc mo-  
dum: *Par dicendo non sum, quanta a Do-  
mino Romano amico tuo sustinere cogar.*  
Mitio-

Sæculum VI.  
A. C. 595.

IV. epist. 31.

IV. epist. 35.

Sæculum VI. *Mitiora sunt nobis Longobardorum arma*  
 A.C. 595. *quam bujus viri nequitia, & minora sus-*  
 tinemus ab hostibus vitam eripientibus,  
 quam ab Imperii Romani Præfectis, quo-  
 rum rapinis & fraudibus consumimur.

S. Gregorii *Nunquam non cura Episcoporum, Clevi-*  
 Epistolæ. *corum, Monasteriorum & populorum pre-*  
*mi, hostium insidiis resistere, ab impro-*  
*bitate & fraudibus Præfectorum nostro-*  
*rum cavere, quanta afflictio & supplicium*  
*sit, nemo te melius intelligit, qui me sic-*  
*cere diligis.*

IV. ep. 33. In similes questus solvitur S. Grego-  
 rius ad Constantinam Imperatricem scri-  
 bens. Cum ad nos relatum fuisset, in-  
 quit: multos in Insula Corsica existere  
 Idololatrias, quos Episcopi Doctrina Chri-  
 stiana imbuere negligenter, aliquem Epi-  
 scoporum ex Italia illuc misi, qui non nul-  
 los ad Fidem perduxit. Verum ad me  
 Ad Constan- *detulerunt, Idololatrias, qui Diis sacrifi-*  
 tinam. *cant, data pecunia hanc licentiam a Ju-*  
*dice emere, & eundem ab illis, qui non*  
*amplius sacrificant, sed baptizati fuerunt,*  
*nihilominus tantum, quantum antebac,*  
*pecuniæ exigere. Ipsum Episcopo nefas*  
*exprobranti respondisse, se munus, quod*  
*obtineret, tanta pecuniæ vi emisse, ut non*  
*aliter quam his subsidiis æs alienum red-*  
*dere posset. Corsica Insula exactionibus*  
*tam atrociter vexatur, ut ad eas solven-*  
*das Parentes cogantur propriam sobolem*  
*venum.*

venundare, hinc a Romanis deficientes ad Sæculum VI.  
 Longobardos confugiunt, fieri enim non A. C. 595.  
 potest, ut sortem pejorem sub Barbaris  
 experiantur. Aliquis nomine Stephanus  
 in Sicilia Rei maritimæ Chartularius tot  
 concussionum accusatur, nam Bona aliena  
 invadit, & Prædia Domosque sine præ-  
 via Causæ cognitione Fisco addicit, ut si  
 omnia, quæ ad me de eo velata sunt, scri-  
 bere vellem, magnum volumen implerem.  
 Rogo te, ut hæc Imperatori suggeras. Scio,  
 quid dicturus sit; nempe istarum Insula-  
 rum redditus ad propugnandam adversus  
 Barbaros Italiam impendi; sed vereor, ne  
 vel ideo tot impensæ bis Provinciis parum  
 prosint, quod non sine admixtione peccati  
 exigantur; nam etiamsi inde minora es-  
 sent nostra auxilia, expedit tamen, ut  
 potius mortem temporalem subire cogamur,  
 quam ut vos de Salute æterna peri-  
 clitantes admonere cessemus.

## §. XLII.

*Marinianus Episcopus Ravennatensis.*

Cum S. Gregorius Joanni Constantino-  
 politano prima Jan. hoc anno 595. Sup. n. 28.  
 scriberet, de Causa tamen Joannis & A- IV. ep. 38.  
 thanasii Presbyterorum respondere distu-  
 lerat. Hi Romam venerant, eorumque  
 Causa ad examen vocata est in illo veri-  
 similiter Concilio, quorum Canones ha-  
 bemus, atque ante Corpus S. Petri quin-  
 ta Ju-

Sæculum VI. ta Julii, anno Mauritii Imperatoris de  
 A.C 595. cimo tertio, Indictione decima tertia,  
 id est, anno 595. celebratum est. In-  
 terfuere Episcopi viginti tres, si ipse S.  
 Gregorius Concilii Præses adnumeretur.  
 Triginta tres quoque Presbyteri, quo-  
 rum omnium Tituli notantur, aderant,  
 & sicut Episcopi sedebant, Diaconis cum  
 reliquis Clericis stantibus. Inter Episco-  
 pos loco secundo sedebat Marinianus Ra-  
 vennatensis, qui honor non ordinati-  
 nis antiquitati, quippe nuper electus fue-  
 rat, sed Civitati, Exarchi Romani Se-  
 IV. ep. 20. 21 di, datus est. Joanne Episcopo circa me-  
 sem Februarium ejusdem anni defuncto,  
 S. Gregorius Severum Episcopum Civi-  
 tatis Ficulanae, quæ hodie Cervia dicitur,  
 Visitatorem nominavit, & Castro-  
 ep. 45. rio Notario Delegato suo in mandatis de-  
 dit, ut Electionem secundum Canones  
 fieri curaret. Optabat Exarchus, ut Do-  
 natus Archidiaconus Episcopus Raven-  
 natensis eligeretur; at cum S. Gregorius  
 ejus vitam examini subjecisset, & reum  
 invenisset multorum criminum, quæ E-  
 piscopatu indignum reddebant, eum or-  
 dinare noluit. Joannem quoque Presby-  
 terum ad Episcopalem Dignitatem non  
 admisit, quod Psalmos nesciret, & hæc  
 desidia indicaret, hunc virum de Salu-  
 te animæ suæ non esse satis sollicitum.  
 Tandem omnes consenserunt in Electio-  
 nem

nem Mariniani, quem cum S. Gregorio in ipsius Monasterio diu versatum fuisse sciebant. Multum tergiversantem & ægerrime consentientem S. Gregorius, cui nota erat viri virtus & circa Salutem animarum zelus, ordinare non est cunctatus. Conjectura est Marinianum Romano Concilio interfuisse, priusquam Ravennam se conferret. Paulo post eadem S. Gregorius Pallium misit, addito mandato, ut eo tantum in Missa & in Solemnibus quatuor Supplicationibus ornatus incederet.

Sæculum VI.  
A. C. 595.

Anno sequente majoris momenti monita ad eundem direxit. *Quia mihi carissimus es, inquit, instantissime te exhortor, ne tibi major pecuniæ cura sit, quam animarum; harum Saluti unice invigilet Episcopus; de his enim solum Dominus Noster rationem exiget.* Tum Secundo Abbati Ravennæ moranti scribens ait: *Excita Fratrem nostrum Marinianum, nam illum dormire credo. Venerunt ad me Viri, & inter ipsos Senes mendici. Interroganti sigillatim recensuerunt mihi nomina illorum, qui proficiscentibus eleemosynam largiti fuerunt; sollicitè autem quærenti, quid ipsis Marinianus dedisset, responderunt, se quidem ab ipso stipem petiisse, sed nihil accepisse, ne panem quidem, quamvis alias pro Ecclesiæ illius consuetudine quibuscunque pen-*

V. ep. 28.

Epistolæ S. Gregorii.  
V. ep. 29.

tenti-



Sæculum VI. tentibus saltem panis datus fuisset. *Me-  
ror, quod ille, cui multæ vestes, vasa ar-  
gentea, cellæ alimentis plenæ sunt, nihil  
habeat, quod det pauperibus. Igitur ad-  
monebis eum, ut Spiritum Cbaritatis in-  
duat, nec existimet, satis esse, legere,  
orare, solitudinem amare, sed oportere  
etiam, largum esse in pauperes, & Bonæ  
Opera manibus suis accumulare, quæ  
absint, inane esse Episcopi nomen.*

*Sup. n. 18.* Tertio loco Concilii Romani legitur  
Paulus Nepefinus, ille ipse, qui anno  
592. vacantem Ecclesiam Neapolitanam  
tanquam Visitator rexerat. Fortunatus  
Episcopus Neapolitanus inter ultimos no-  
minatur. Omnes reliqui ex illa Italie  
Parte sunt, quæ aliunde Papæ subiecta  
erat, & plerique Civitati Romanæ vici-  
ni. Unus eorum nempe Secundinus Tau-  
rominensis ex Sicilia advenerat. In hoc  
Concilio sex Canones conditi, quos Pa-  
pa proposuit, & Episcopi acclamando ap-  
probarunt in hunc modum:

## §. XLIII.

*Synodus Romana.*

*tom. 5. Conc. p. 1198.* Gregorius Papa dixit: *Pessima Confu-  
tudo jam diu in Ecclesiam Romanam  
irrepsit; quod scilicet ad Ministerium San-  
cti Altaris Cantores eligantur, qui dein-  
de Diaconi ordinantur, & nihilominus  
sicut prius Cantoris Officio funguntur,*  
cum

cum Prædicationi & Eleemosynarum largitioni vacare oporteret. Inde sæpe fit, ut in Sacris Dei Ministris magis vox amæna, quam boni mores quærantur, & dum cantus populo probatur, Cantorum vita Deum ad iracundiam provocet. Quamobrem præcipio, ut in hac Ecclesia Sancti Altaris Ministri nunquam cantent, sed solummodo in Missa Evangelium legant, Subdiaconi autem, & si opus sit, minores Clerici Psalmos cantent, & alias Lectiones recitent. Si quis hoc Decretum violat, Anathema sit! responderunt omnes: Anathema sit!

S. Gregorius magna sedulitate cantum, totumque Ecclesiæ Officium ordinavit, ut infra dicam. Secundum Canonem proposuit in hæc verba: nostra incuria mos erubescendus invecus est, ut Sedis hujus Episcopi utantur opera famulorum laicorum & sæcularium, qui cubi-  
 Canones  
 Concilii Ro-  
 mani.

culi obsequia secreta præstent, & homines isti interioris vitæ Episcopi sui conscii sint, dum interim Clerici eam ignorant, quamvis summopere deceat, ut Pastoris sui vita Discipulis, cujus exempla sequantur, notissima sit. Hinc præcipio, ut Clerici aut etiam Monachi ex reliquis selecti familiaria obsequia Episcopo exhibeant; sic enim & vitæ testes habebit, & semper præsentis Discipulos, qui bono Episcopi exemplo erudiantur. Clerici isti,

Hist. Eccles. Tom. VIII.

Ee

qui

Sæculum VI. qui Episcoporum quasi Custodes esse de  
 A. C. 595. bebant, a Græcis dicebantur Syncelli,  
 eorumque servitia subsequente tempore  
 in Græcia honorifico titulo honorati  
 fuere.

Ceterum quæ hic S. Gregorius alii  
 præcipit, ipse omnium primus observa-  
 bat. In Exordio Pontificatus sui ap-  
 se retinuit Clericos, Monachosque mo-  
 ritis & virtutibus insignes. Inter illos  
 Petrus Diaconus ipsi ætate super-  
 quem in suis Dialogis loquentem indi-  
 cit. Æmilianus Notarius, qui cum alio  
 Sancto Pontifice dictante illas quadra-  
 ginta Homilias scripsit. Paterius & ipse  
 Notarius S. Gregorii Opera in compen-  
 dium utilissime contraxit. Joannes De-  
 fensor, quem in Hispaniam misit, ut Jo-  
 nuarium Episcopum Malacanam contra  
 fas depositum restitueret. Hi Clerici te-  
 rant. Inter Monachos invenimus Ma-  
 ximianum Monasterii sui Abbatem, po-  
 stea Episcopum Syracusanum, qui anno  
 594. in Domino quievit. Augustinum  
 sui Monasterii Præpositum, & Mellitum  
 quos posteriore tempore in Angliam mi-  
 sit: Marinianum deinde Episcopum Ro-  
 vennatensem: Probum quem Abbatem  
 creavit, & Jerosolymam dimisit, Nola-  
 comium in illa Civitate ædificaturum  
 Claudium Abbatem Classensem prop-  
 Ravennam. His locis S. Gregorius uti-  
 batur.

batur vitam Monasticam in Palatio Episcopali ducens. Hos in difficilibus Ecclesie negotiis consulebat, & quoscunque novisset sui ævi summos viros invitabat, ut ad se venirent. Omnes autem Romano habitu vestiti incedebant, Linguam Latinam loquebantur, nec Barbarorum moribus Romanam humanitatem perverti sinebant. Ceterum S. Papa nec ad familiaria obsequia Domus suæ, nec in administratione Patrimoniorum Ecclesie Laicos adhibebat.

Sæculum VI.  
A. C. 595.

c. 13. 14.

n. 15.

Tertius Synodi Romanæ Canon sic sonat: *Novus abusus in hac Ecclesia invaluit; ut Rectores Patrimonii Fisco Præfeptorum more prædiis aut domibus, quas ad Ecclesie Bona pertinere asserunt, scuta affigant, & Patrimonium pauperum via facti defendant. Hinc præcipio: si quis Clericus proprio suo arbitrio scuta affigat, Anathema sit!* omnes responderunt: *Anathema sit!* S. Gregorius addidit; *si id Episcopus mandaverit, affigens non puniatur, si autem sine Mandato fecerit, Anathema sit!*

Concilium  
Romanum.

Tum prosequitur: *Quo majorem honorem ob Reverentiam S. Petri Fideles nobis exhibent, eo magis nos propriam infirmitatem confiteri, & quod in modo bonorandi nimium est, rejicere oportet. Consuetudo obtinuit, ut cum corpora Episcoporum hujus Sedis tumulo inferuntur,*

Et 2

popu-

Sæculum VI.  
A. C. 595.

*populus illa Dalmaticis tegat, quas postea inter se dividit & tanquam Reliquias aservat. Ideo præcipio, ne quocunque vestimenti genere feretrum, in quo defuncti Episcopi Romani corpus defertur, contegatur, atque Presbyteris & Clericis, huic Decreto obediant, sub pœna Anathematis injungo. Omnes Anathematisum repetierunt.*

Subjungit Pontifex: *Prohibeo secundum antiquos Canones, ne quidquam accipiatur Ordinationum, Pallii, (\*) ac Litterarum causa, nec sub prætextu nuper invento novi convivii, quod Passellum vocant; sicut enim Episcopo manuum Impositionem, nec Diacono Evangelii Le-*

(\*) Der aufmerksame Protestant läßt hier die Gelegenheit nicht vorbehey etwas an dem römischen Stuhle zu tadeln. Er sagt in einer kurzen Anmerkung: Die Umstände haben sich seit dieses Papstes Zeiten sehr geändert . . . man glaubet das nicht mehr, was er geglaubet hat. Die Bischöflichen Pallia müssen izo mit schwerem Geld bezahlet werden, und ihre Auslösung bringet dem römischen Stuhl was ehrliches ein. Es sagt ja der heilige Gregorius selbst; wenn der Ordinierte aus Dankbarkeit etwas geben will, könne man es annehmen. Wenn aber izt eine feste Tare fest gesetzt ist, so muß man billig bedenken, daß auch die Unkosten die Dataria und andere Dicasterien zu unterhalten izt weit grösser, als zur Zeit des heiligen Gregorius, sind.

tionem, quæ in Ordinatione fit, ita etiam Sæculum VI.  
A. C. 595.  
nec Notario Litteras, quas Ordinationis  
testes scribit, vendere licet. Si quis igitur  
pro ejusmodi rebus aliquid det vel accipiat,  
coram Divino Tribunali rationem reddet. Si vero  
absque ulla præcedente petitione, exactione, aut pacto,  
Ordinatus acceptis litteris & Pallio liberaliter  
cuiquam Clericorum aliquid dare voluerit,  
illud accipi non prohibemus.

Multi Ecclesiarum Servi, aut Sæculares,  
in Monasterium suscipi petunt. Si sine  
discrimine omnes admittimus, omnibus  
Servis Ecclesiæ se subtrahendi occasionem  
præbemus; si sine examine in Servitute  
retinemus, Deo, qui nobis omnia dedit,  
homines rapimus. Itaque, qui se Deo  
consecrare vult, prius in veste Sæcularium  
probetur, ut, si ex ejus moribus sincerum  
Sanctioris Vitæ desiderium dispiciatur,  
liberetur a Servitute hominum, & aliam  
pristinam rigidioram amplectatur. Nec abs-  
re id dicit S. Papa, quippe illa ætate tanta  
erat vitæ Monasticæ paupertas, labor,  
rigor, ut mancipia, quæ conversionem  
simulassent, sortem suam cum pejore permutassent.

## §. XLIV.

*Causa Joannis & Athanasii Presbyterorum.*

In eodem Concilio Romano Causa Joannis & Athanasii Presbyterorum examinata,

Ec 3

nata,

Sæculum VI.  
A. C. 595.

IV. Dial.

c. 38.

VI ep. 31.

VII. ep. 48.

§. epist. 4.

nata, & judicata est. Athanasius ex Ma-  
ria oriundus Presbyter & Monachus Tana-  
nensis seu ad S. Milum in Lycaonia Ro-  
mæ degebat illo tempore, quo S. Gre-  
gorius suos Dialogos scripsit; nam unam  
Historiam ab ipso relatam narrat. Jo-  
annes Constantinopolitanus missis Roman  
Legatis, epistolas suas deferentibus, de-  
monstrare volebat, Athanasium & Mo-  
nachos ipsius Confratres his contra-  
protulisse, quæ in Concilio Ephesino de-  
finita fuissent; miserat etiam quosdam  
Articulos tanquam ex eodem Concilio  
excerptos, & quibus Anathema illis di-  
cebatur, qui affirmarent, Adami ani-  
mam per peccatum suum fuisse mortuam,  
& Diabolum in cor hominis intrasse. Idem  
Joannes Constantinopolitanus librum  
quoque miserat, in Athanasii Cellula-  
ventum, & Assertiones Hæreticas con-  
tinentem. S. Gregorius hoc Libro ad  
examen vocato deprehendit, errores Me-  
nichæorum hinc inde fuisse insperfos, ad-  
vertitque, Commentatorem, qui Anno-  
tationes adjecerat, errores indicaturos,  
in Hæresin Pelagianorum fuisse lapsum,  
atque tanquam Hæreticas reprehendens  
Propositiones Catholicas, qualis illa erat  
Adamum ob peccatum suum fuisse mor-  
tuum. Cum deinde S. Gregorius etiam  
Concilium Ephesinum inspexisset, & li-  
milia non invenisset, aliud Exemplum  
ante

antiquissimum Ravenna Romam afferri Sæculum VI.  
A. C. 595.  
jussit; sed & istud Romano exactissime  
consentiebat. Tum Joannis Constanti-

nopolitani Legatis prolixè explicavit, in  
quo sensu Propositiones istæ, quæ Con-  
cilio Ephesino adscribebantur, essent Hæ-  
reticæ, iisque hac super quæstione ple-  
ne satisfecit. Post hæc de re ista ad Nar-  
setem Comitem scripsit in hunc modum:  
*Concilium Ephesinum inspexi, nihil vero  
de Causa Adelphii, Savae, aliorumque,  
quos condemnatos fuisse ferunt, inveni,  
sed credimus, ea ratione, qua Concilium  
Calcedonense in quadam parte ab Ecclesia  
Constantinopolitana adulteratum fuit, et-  
iam Concilium Ephesinum in aliqua par-  
te fuisse mutatum. Igitur antiquissima,  
ut poteris, hujus Concilii Exempla con-  
quire, cave autem, recentioribus facile  
fidas. Latini longe veraciores sunt, quam  
Græci; nam Gentis nostræ homines, qui-  
bus tam acuta ingenia non sunt, fallere  
nesciunt.*

Adelphius & Sava, seu magis Sab-  
bas, de quibus S. Gregorius hic mentio-  
nem facit, illi forte fuerint Messaliano-  
rum Duces, quos Flavianus Episcopus Sup. l. XIX.  
n. 2. l. XXV.  
n. 45.  
Antiochenus circa annum 390. convicit,  
& condemnavit; quod autem de Con-  
cilio Calcedonensis depravatione memi-  
nit, de illo Canone, qui Sedi Constan-  
tinopolitanæ singulares Prærogativas tri-  
buit,



Sæculum VI. b. u. i. t. , dictum credi potest. Illam vero  
 A. C. 595. definitionem Pelagianæ Hæresis nota fuit  
 XXVIII. datam, & Concilio Ephesino attributam  
 n. 30. Schismaticorum Concilio Ephesi adver-  
 Sup. XXV. sus S. Cyrillum a Joanne Antiocheno &  
 10. Garn. in Nestorianis congregato, aut forte Con-  
 Merc. 2. p. 63. cilio Constantinopolitano a Nestorio an-  
 no 429. celebrato, adscribendam ex-  
 stimant.

Cum Joannes Presbyter Calcedonen-  
 sis Marcianistarum Hæresin fovere accu-  
 saretur, ei Patriarcha Constantinopo-  
 litanus Judices dedit, coram quibus Ac-  
 cusatores ipsius interrogati, quæ esset  
 hæc Hæresis, fassi sunt, se nescire. Joan-  
 nes Presbyter contra affirmabat, se esse  
 Catholicum, & Judicibus Fidei suæ Con-  
 fessionem tradidit, quo non obstante con-  
 demnatus est. His omnibus in Concilio  
 Romano ex Actis illius Judicii demon-  
 stratis, & Fidei ejus Confessione recita-  
 ta, quam omnes Orthodoxam judica-  
 runt, S. Gregorius Papa Sententiam Ju-  
 dicum, quos Patriarcha Constantinopo-  
 litanus constituerat, nullam pronuncia-  
 vit, & Joannem Presbyterum absolutum  
 17. epist. 15. dimisit. Hæc ex epistolis in Causa ipsius  
 16. 17. ad Patriarcham, ad Imperatorem, &  
 Theodisium Imperatoris Propinquum  
 datis, discimus. In Epistola ad Impe-  
 ratorem notatu digna sunt verba sequen-  
 tia: *quando homini Veritatem profitenti*

*non credimus, non destruimus Hæresin, Sæculum VI. sed stabilimus.* Illud etiam & inprimis A. C. 595. memoriæ mandandum, Papam Actum Jurisdictionis in Patriarcham Constantinopolitanum exercuisse illo ipso tempore, quo se Episcopum universalem jactabat; (\*) nam ejusdem Jurisdictioni ille Patriarcha se utique subiciebat, ad quem Legatos suos cum Litteris & Judicii Actis mittebat.

§. XLV.

*Res Gallicæ.*

**H**aud multo post Concilium Romanum S. Gregorius datis ad S. Virgilium Arelatensem litteris, ei Vicarii Dignitatem in Galliis concedit, & Pallium, si- IV. ep. 50. mulque hortatur, ut duos abusus, in Galliis & Germania invalescentes, tolleret,

nempe Simoniam & Neophytorum Ordinationem, id est Laicorum, qui per saltum ad Episcopalis Dignitatis fastigium evehebantur, etsi nunquam ad vitam Clericorum instituti fuissent. Finem scribendi facit in hæc verba: *Te Vicarium nostrum in Ecclesiis, Regis Childeberti Ditioni subjectis, constituimus, salvo Metropolitanorum jure. Pallium quoque mittimus*

E e 5 *timus*

(\*) Exemplum memorabile, quo Jurisdictio Summi Pontificis in Ecclesiam Constantinopolitanam, ipsis Patriarchis consentibus, probatur.

Sæculum VI. *timus tibi, quo tantum in Ecclesia & in*  
A. C. 595. *Missæ utaris. Nullus Episcopus a sua Ec-*  
*clesia, nisi Licentiam dederis, longius pro-*  
*ficiscatur. Si difficilis de Fide Quæstio*  
*oriatur, aut grave negotium superven-*  
*erit suscipiendum, duodecim Episcoporum*  
*Synodum convocabis; & si res inter eos*  
 IV. ep. 52. 53. *confici nequeat, causam ad nos deferes. Hac*  
*super re etiam ad Episcopos Galliæ & Chil-*  
*debertum Regem 12. Aug. Indictione 13.*  
*anno 595. epistolas dedit.*

Childebertus regnabat in Austrasia,  
 quod nomen etiam haud modica terra-  
 rum spatia ultra Rhenum posita comple-  
 tebatur. Inde est, quod hic S. Grego-  
 rius Galliæ Germaniam junxerit; præ-  
 terea Childeberti potentiam auxerat ac-  
 quisitum Burgundiæ Regnum vita defun-  
 to Guntramo ipsius Patruo, qui Sancto-  
 rum numero adscriptus est, quod nun-  
 quam non magno in Religionem zelo fer-  
 ri visus fuerit. Is Monasterium S. Beni-  
 gni Divione, & alterum S. Marcelli Ca-  
 billoni fundavit, & redditibus munifice  
 instruxit. Aliqua etiam Concilia cele-  
 brari jussit, semper Ordinationum Simo-  
 niacarum acerrimus hostis, ut satis post-  
 obitum S. Remigii Archiepiscopi Bituri-  
 censis anno 584. ostendit. Morbo con-  
 tagioso anno 588. Regnum ejus affligen-  
 te, piissimi Regis jussu populi privati-  
 precibus, publicisque Supplicationibus  
 Vigi-

Boll. 28. Ma.  
 tom. 8. p. 718.  
 Martyr. R.  
 & Ussuard.

Greg. VI.  
 hist. c. 39.

Vigiliis, & jejuniis in pane & aqua iratum Numen placare satagebant. Nemo unquam Guntramo largius Eleemosynas in pauperes erogavit. Eidem Gregorius Turonensis non nulla edita tribuit miracula, seque ipsum præsentem testem adfuisse affirmat. Nihilominus aliqua hujus Regis facta & inter alia etiam sequentia duo vituperat. Austrigilda Regina uxor ejus morituriens adstanti dixit, sibi a Medicis duobus mortem fuisse propinatam, petiitque, ut fidem daret, se in reos pœna capitis animadversurum; promisit ille, & crudeliter implens quod promiserat, utrumque interfici jussit. Cum aliquis a Regiis cubiculis, Chundo nomine, in sylvis Vogesi montis stravisset bubalum, quem custodiri Rex præceperat, Chundonem vinculis dari mandavit, & hujus rei occasione permisit, ut viri duo congregarentur singulari certamine, in quo pugil uterque occubuit. Mox Chundo, cum effugere conaretur, Guntramo jubente lapidibus obrutus est. Pœnitentia quidem atrocis vindictæ subiiit Regem; at fateri oportet, raro in Francis aliisque illius ævi Barbaris pietatem sibi semper constantem inveniri. Rex Guntramus anno Regni sui trigesimo tertio quinto Cal. April. id est anno 594. 28. Mart. e vivis abiit, & Cabilloni ad S. Marcellum sepulturæ mandatus est.

Annō

Sæculum VI.

A. C. 595.

id. IX. c. 21.

id. V. c. 36.

id. 10. c. 10.

Freder. Clar.

n. 14.

Sæculum VI. Anno sequente 595. Regni sui vige-

A. C. 595. fimo Childebertus in Austrasia Rex, edi-  
 ta Lege Coloniae Francos nobili stemma-  
 te ortos, quos Comatos vocat, incestis  
 nuptiis conjungi vetat, addita poena, ut  
 proscribantur e Regia, & Bona eorum  
 Fisco addicantur, nisi hac in re Episco-  
 pis obediant. In raptum poena capitis  
 sancitur. Prohibetur, ne Die Domini-  
 ca Christiani alio quocunque labore oc-  
 cupentur, quam illo, qui ad præparan-  
 da alimenta necessarius est; hujus Legis  
 transgressores, si liberi homines sint, mul-  
 ctæ nomine dent quindecim Solidos au-  
 reos Salii seu Franci, septem autem Ro-  
 mani; Servi hanc culpam in cute luant,  
 nisi Solidos tres dare possint.

art. 2.

art. 4.

V. ep. 5.

ep. 6.

Mense Septembri eodem anno 595.  
 in exordio Indictionis decimæ quartæ S.  
 Gregorius Papa datis ad Childebertum  
 Regem & Brunehildem Reginam, Pa-  
 rentem ejus litteris rogat, ut Regio Pa-  
 trocinio tueri dignarentur Candidum  
 Presbyterum, quem in Galliam mitte-  
 bat Patrimonio S. Petri præfuturum;  
 hanc enim curam prius Dynamius Patri-  
 cius gesserat. Laudat Brunehildem,  
 quod pie Regem Filium suum educasset,  
 & ad Regem dicit, ipsum cæteris Regi-  
 bus tanto majorem esse, quanto Reges  
 cæteris hominibus altiores esse soleant.  
 Mittit Regi claves S. Petri, in quibus  
 aliquid

aliquid ramentorum de Catenis hujus Sæculum VI.  
 S. Apostoli includebatur, quas collo- A. C. 595.  
 gestaret adversus mala omnia præsidium. V. ep. 20.  
 Illius Patrimonii reditus ad opera chari-  
 tatis in ipsis locis impendebantur; quare  
 S. Gregorius Candido Presbytero in man-  
 datis dederat, ut vestimenta in paupe-  
 res distribuenda emeret, & juvenes ex  
 Natione Anglorum annos circiter septen-  
 decim vel octodecim natos, qui in Mo-  
 nasteriis alerentur, & in Divino Servi-  
 tio erudirentur. Quia vero adhuc gen-  
 tiles erant, præcipit, ut ipsos Presbyter  
 comitetur, qui eos, si forte morbo pe-  
 riculoso tentarentur, baptizaret. Sancti  
 Pontificis consilium erat istorum juve-  
 num opera uti in Missione, quam in An-  
 gliam meditabatur. Exinde Rex Chil-  
 debertus post menses ferme sex ex hac  
 vita raptus est annos natus viginti sex,  
 postquam in Austrasia viginti & in Bur-  
 gundia duobus annis regnasset. Succes-  
 sere duo filii sub cura Brunehildis Avia  
 suæ. Theodebertus in Austrasia, Theo-  
 doricus in Burgundia imperavit.

## §. XLVI.

*Missio S. Augustini in Angliam.*

**H**orum Regum Tutelæ S. Gregorius  
 commendavit eundem Candidum  
 Presbyterum & Missionarios, quos in  
 Angliam

Sæculum VI. Angliam mense Julio anno 596. Indi-  
A. C. 596. ctione decima quarta misit. Legationis  
 Princeps erat Augustinus Monasterii sui  
 ad S. Andream Romæ Præpositus cum  
 quibusdam aliis Monachis. Epistolas  
 etiam commendatitias dedit ad multos  
 Galliæ Episcopos, ad quos proficiscen-  
 bus divertendum erat, nempe Serenum  
 Massiliensem, Virgilium Arelatensem,  
 Desiderium Viennensem, Syagrium Au-  
 gustodunensem; & in alia parte ad Pal-  
 ladium Santonensem, atque Pelagium  
 Turonensem Gregorii Successorem. Sub  
 idem tempus S. Gregorius Papa Palladio  
 Santonensi misit Reliquias ad dedicanda  
 quatuor Altaria in Ecclesia ab ipso ædifi-  
 cata, in qua Altaria tredecim fuere ere-  
 cta. Tantus Altarium numerus in una  
 Ecclesia notatu dignus est, non ideo-  
 men inferendum, in illis simul & eodem  
 tempore Missas fuisse celebratas.

*Bed. 1. hist.* Augustinus & socii confecto aliquot  
*c. 23.* dierum itinere (verisimile est, ipsos us-  
*V. Coimt. an.* que ad Urbem Aquensem pervenisse)  
*596. n. 12,* statuerunt, ulterius non progredi. An-  
 mum desponderant, quod audirent, dif-  
 ficillimam fore profectionem, nec de-  
 spositam esse ad recipiendam Prædicatio-  
 nem Veritatis Anglorum Gentem, im-  
 credulam & barbaram, cujus ipsi nequi-  
 dem linguam caperent. Ergo commu-  
 ni consensu Romam redire decernunt,  
 eoque

eoque mittunt Augustinum, omnium nomine S. Gregorium rogaturum, ne ipsos ad suscipiendam peregrinationem periculis plenam & ærumnosam, cujus Successus esset admodum incertus, compelleret. Verum S. Gregorius Augustinum remisit cum epistola, in qua jubet, ut zelo viris Christianis digno propositum exequerentur, nec sermonibus malevolorum hominum aures darent, affirmans, nihil magis sibi in votis esse, quam ut unacum ipsis piissimo operi infudare posset. Hæc epistola decimo Cal. Aug. Indictione decima quarta, seu 23. Jul. anno 596. data est. Simul illis Episcopis, quos nominavi, scripsit, ut eorum Benevolentia Augustinum & Socios commendaret. Ad Protasium quoque Episcopum Aquensem & Stephanum Abbatem Lerinensem scripsit, dicens, Augustinum ad se retulisse, quomodo ipsi se haberent, sed non rogat, ut ipsum adjuvent, unde colligitur, eos profectiōni Anglicæ non favisse. In Epistolis ad Reges & Reginam Aviam S. Gregorius dicit, se Missionariis suis in mandatis dedisse, ut in Angliam transmittentes ex Regione illi Insulæ proxima Presbyteros profectiōnis Socios acciperent, qui se Gentis ingenium edocerent.

Sæculum VI.  
A. C. 596.

V. ep. 52. 53.  
54.

5. ep. 55. 56.

ep. 58. 59.



Sæculum VI.  
A. C. 596.

§. XLVII.

*Joannis Jejunatoris obitus.*

**I**nterim Joannem Patriarcham Constantinopolitanum fatis functum fama Sanctitatis ad tumulum usque comitata est, ejusque Memoriam Ecclesia Græca secunda die Sept. honorat. Vitæ austeritas ei nomen Jejunatoris peperit, de eodem paupertatis amore autem istud afferunt argumentum; Joannes ab Imperatore aliquot talenta mutui nomine acceperat, & tradito chirographo Bona sua omnia Principi in hypothecam dederat. Postquam expiravit, Imperator nihil aliud in defuncti Hæreditate invenit, quam lectulum ligneum, stragulum laneum, & pervetustum palliolum. Itaque tantam Patriarchæ virtutem veneratus Imperator chirographum laceravit, atque pauperrima suppellectile, quam maximo thesauro potiolem habuit, ad Palatium deferri jussa, super illo lectulo in Quadragesima cubavit. His non obstantibus Joannis Patriarchæ pertinacia in usurpando Episcopi Universalis Titulo causa fuit, ut Hypocrisis insimularetur; zelo etiam amaro quandoque detectus fuisse videtur; cum enim aliquando quibusdam veneficii & Sacrilegii reis Mauritus vitæ gratiam facere voluisset, ut Pœnitentiæ peragenda tempus daret, nullam

*Men. 2. Sept.*

*Theoph. VII.  
Hist. c. 6.*

*Theophil. 1.  
hist. 11.*

nullam emendationis spem de his homi-  
nibus superesse Joannes contendit, nec  
ante cessavit Imperatorem urgere, quam  
pronunciata sententia pœnas morte de-  
dissent. Joannes Sedem Constantinopo-  
litanam annis tredecim & mensibus quin-  
que, a mense Aprili anno 582. usque ad  
menssem Sept. 595. obtinuerat.

Sæculum VI.  
A. C. 596.

Sup. XXXIV  
n. 47.

§. XLVIII.

*Cyriacus Patriarcha Constantinopoli-  
tanus.*

**M**auritius Imperator, cum diu de eli-  
gendo Patriarcha Constantinopoli-  
tano deliberasset, tandem Auctor fuit,  
ut ordinaretur Cyriacus, a longo jam  
tempore hujus Ecclesiæ Oeconomus,  
cui inter tot negotia rerumque vicissitu-  
dines æquus semper animus constiterat.  
Ordinatus pro more Papæ misit Episto-  
lam suam Synodalem, Fidei suæ Profes-  
sionem continentem, cui Epistola Impe-  
ratoris, & alia Episcoporum, qui Cy-  
riacum ordinaverant, junctæ sunt. Geor-  
gium Presbyterum & Theodorum Dia-  
conum has epistolas ad se afferentes S.  
Gregorius non tantum amice, sed etiam  
meliore, quam exorta contentio permit-  
tere videbatur, vultu excepit; nam  
quamvis jam tunc Cyriacus titulum Epi-  
scopi Universalis usurparet, noluit Papa

Greg. VI. ep.  
6. 7.

VI. ep. 24. 30.  
31.

*Hist. Eccles. Tom. VIII.*

Ff

epi-

- Sæculum VI. epistolas & Nuncios ejus rejiciendo Unitatem Ecclesiæ dissolvere. Imo diutius apud se Legatos retinisset, nisi imminente hyeme reditum maturassent; hæc enim ineunte Indictione decima quinta seu Mense Sept. anno 596. agebantur. S.
- A. C. 596.
- VI. ep. 4. Gregorius duas ad Cyriacum dedit epistolas, publicam unam, in qua ad Epistolam Synodalem respondet, & Confessionem Fidei approbat; dicit vero ad pacem conservandam necessarium esse, ut profano Nomini, quod Superbiam testaretur, nempe Episcopi œcumenici, renunciaret, alteram familiarem amicitiae testimoniis plenam, quia scilicet S.
- VI. ep. 5. Gregorius olim Constantinopoli veritus Cyriaci merita propius perspexerat.
- VI. ep. 7. Scripsit quoque ad Imperatorem & Episcopos, atque in ista epistola conqueritur, quod, cum Cyriacus ordinaretur, acclamassent ex Psalmis illa verba: *Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea!* nempe reprehendit, quod Scripturæ verba ad laudem hominis adhuc in terra viventis traducantur, id ipsum autem tanquam in gestientis animi motu dictum excusat.
- Pf. 117. 24.
- VI. ep. 15. Haud diu postquam Nuncii Constantinopolitani abiissent, aliquis ad S. Gregorium detulit, ipsos dixisse, Jesum Christum descendente ad Inferos a peccatis liberasse omnes illos, qui ipsum Deum esse

esse confessi fuissent. Credidit Papa, officii sui esse, ut ipsis hunc errorem eximeret, atque ad eos mense Majo eadem Indictione decima quinta anno 597. epistolam dedit, dicitque: *Dominus Noster descendens ad Inferos tantum illos per suam Gratiam liberavit, qui in ipsum venturum crediderant, & secundum ipsius præcepta vitam instituerant.* (\*) Tum illos remittit ad Philastrium & S. Augustinum, qui illam opinionem inter Hæreses habuerunt.

Eodem ferme tempore S. Gregorius Sabiniano Diacono Nuncio suo, qui ab annis quatuor Constantinopoli versabatur, domum revocato, misit Anatolium, etiam Romanæ Ecclesiæ Diaconum, addito mandato, ne cum Cyriaco Missam celebraret, priusquam Titulum Episcopi œcu-

Sæculum VI.  
A. C. 597.

Sup. n. 26.

VI. ep. 24. 28.

F f 2

pi œcu.

(\*) Certissimum est, Judæis in Veteri Testamento præter fidem in Christum venturam etiam Observationem Mandatorum Dei ad Salutem fuisse necessariam. Nullus quoque est dubitandi locus, quin Christus descendens ad Inferos ex Limbo liberaverit etiam multas animas Gentilium, quorum Princeps Job dici posse videtur; aliqui enim secundum Apostolum ad Rom. 2. naturaliter ea, quæ Legis sunt, faciebant &c. Ad Quæstionem vero, quid Dei Misericordia vel Justitia de Parvulis, antequam ad usum rationis pervenirent, mortuis decreverit, quid respondendum, nisi: *Judicia Dei Abyssus multa?*

Sæculum VI. pi œcumenici abdicasset, atque hujus  
A. C. 597.

præcepti rationem ad Cyriacum, ad Imperatorem atque ad Patriarchas Alexandrinum & Antiochenum scribens reddidit. Primo epistolam privatam dedit ad

VI. ep. 24. Anastasium Antiochenum, qui S. Gregorium hortatus fuerat, sicut etiam Imperator, ne ob rem nullius momenti in Ecclesia scandalum poneret; sed S. Gregorius respondet, nequiquam ut rem levissimam considerari posse audaciam, quæ ad corrumpendam Fidem Ecclesie Universalis tenderet, quoniam aliqui Hæresiarchæ ex Ecclesia Constantinopolitana nati essent. Scribens ad Imperatorem dicit:

VI. ep. 30. *Imprudentiæ notam non effugissem, nisi in his rerum articulis utrumque officii mei esse intellexissem, primum quidem ut id facerem, quod ad conservandam Fidei unitatem & Pacem Ecclesiasticam necessarium erat, & deinde illud non omitterem, quod ad reprimendum intolerabilem fastum mihi faciendum fuit. Quamobrem Collegæ mei Legatos profectum suscepi, & volui, ut mecum Missam celebrarent; Diaconus meus Constantinopoli in Sanctorum Mysteriorum celebratione illi non serviat, qui se extollit, Antecessorum suorum arrogantiam non corrigit; at oportuit, ut Diaconi ipsius Missæ mecum interessent, quia ego per Dei Gratiâ ejusmodi culpam non admisi.*

*Sunt inania nomina, quæ etsi frivole as-* Sæculum VI.  
A. C. 597.  
*sumantur, perniciem tamen afferunt,*  
*quod ibi futurum est, quando Antichri-*  
*stus se Deum dicet. Dico autem, & in-*  
*trepide dico: quicumque Episcopus Uni-*  
*versalis vocari vult, Antichristi Præcur-*  
*sor est, dum cæteris omnibus major esse*  
*affectat.*

## §. XLIX.

*S. Gregorius Eudoxium non novit.*

**I**n Epistola, quam S. Gregorius ad Eu-  
logium Alexandrinum & Anastasium VI. ep. 31.  
Antiochenum communem dedit, iterum  
illud discrimen inter suos & Cyriaci Le- VI. ep. 4.  
gatos observandum dicit, & subjungit,  
quæ ipsi Cyriaco jam scripserat: *In Epi-*  
*stola sua Synodali damnavit quemdam Eu-*  
*doxium, quem nec in Conciliis nec in E-*  
*pistolis Synodalibus Antecessorum ejus da-*  
*mnatum reperio. Verum quidem, quod*  
*Canones Concilii Constantinopolitani Eu-*  
*doxianos damnent; sed quis eorum Auctor*  
*fuerit, non memorant; porro Ecclesia*  
*Romana huc usque Canones seu Acta hujus-*  
*Concilii non recepit, sed tantum Confes-*  
*sionem Fidei contra Macedonium ratam*  
*habuit. Alias Hæreses, de quibus ibi*  
*mentio fit, damnat, verum usque in hunc*  
*diem Eudoxianos non novit. Id quoque*  
*verum est, quod in Historia Sozomeni oc-*  
*currat aliquis Eudoxius, qui Sedem Con-*

Sæculum VI. *Constantinopolitanam usurpavit, quia vero*  
 A.C. 597. *in illa Historia quædam falsa leguntur,*  
 quia etiam in ea Theodorus Mopsuestenus  
 laudatur, & magnus in Ecclesia Doctus  
 usque ad mortem suam fuisse dicitur, hic  
 Scriptor Ecclesie Romanæ non probatur.  
 Nec ista Historia cum Concilio, sub Jus-  
 tiniano in Causa trium Capitulorum ce-  
 lebrato conciliari potest. Nihil apud La-  
 tinos de hoc Eudoxio, aut in Philastro,  
 aut in S. Augustino, aut aliis Patribus  
 invenimus.

VII. ind. I. Eulogius Alexandrinus postea datus  
 ep. 30. ad S. Gregorium litteris, & quibusdam

Sup. L. XIV. ille Eudoxius esset, ostendit. Erat ve-  
 n. 4. ro ille ipse, qui Arianorum, quos purus

Caput habebatur, & olim Episcopus Ger-  
 maniciæ, deinde Antiochenus, tandem  
 anno 360. Constantinopolim transferri

ibid. n. 23. voluit. Inde S. Gregorius in Historia  
 Ecclesiastica non admodum versatus fuisse  
 se videtur, eo etiam magis, quia Theo-  
 dori Mopsuesteni Elogium, quod ipse  
 Sozomeno scriptum putat, nullibi nisi in  
 Theodoreto legitur; nec Historia Tri-

V. Not. Bar. partita locum suspicandi relinquit, Hæ-  
 in Mart. R. storiam Sozomeni illo tempore magis  
 23. Dec. & quam hodie integram fuisse. Verum  
 Val. Not. in conjicere pronum est, S. Gregorium  
 c. ult. Theod. non

non alibi, quam in Historia Tripartita Sæculum VI.  
A.C. 597.  
illud Elogium vidisse.

Haud multo post S. Gregorius ad Epistolam S. Eulogii Alexandrini respondens, hæc habet memorabilia. *Quamvis den-* VI. ep. 37.  
*tur plures Apostoli, solius tamen Principis Apostolorum Sedes ob ejus Primitum super cæteras major eminet Auctoritas, atque eadem ejusdem Apostoli Sedes in tribus locis visitur; nam S. Petrus Sedem erexit, ubi nunc quiescit, & ubi hujus sæculi vitam posuit (nempe Romæ) Sedem ornavit, in quam Evangelistam Discipulam suam immisit (nempe Alexandriam) & Sedem, quam annis septem tenuit, licet inde abiturus, confirmavit (Antiochiam) itaque una est ejusdem Apostoli Sedes, cui jam Episcopi tres Auctoritate Divina præsumt.* His verbis S. Gregorius haud dubie, quanto major istarum Cathedrarum quam Ecclesiæ Constantinopolitanæ Prærogativa esset, ostendere volebat. (\*)

Ff 4

§. L.

(\*) Præterea ex his liquet, tam parum S. Gregorio quam aliis ante ipsum ab Ecclesiæ Exordio Scriptoribus in mentem venisse, ut Romanæ Ecclesiæ Auctoritatem ex eo fonte derivaret, quod Roma Caput orbis terrarum & Imperatorum Sedes olim fuisset, sicut Interpres noster Protestans somniat. Ceterum, tantum non aliquis Prote-

stantium



Sæculum VI.  
A.C. 597.

§. L.

*Lex de Militibus Monachis.*

VII. ind. I. **M**ense Dec. eodem anno 597. Indictione prima S. Gregorius ad Metropolitanam Episcopatum Siciliae litteras dedit, misitque Imperatoris Legationem

stantium ex his verbis; *Auctoritate Divina, S. Gregorium accuset, quod se ipsum hominem Deum faciat; nam hujus modi obtrectatores de-ri videmus in Nicolao LLOYDIO Oxoniensi, qui in suo Dictionario Historico ad vocem, Papa, inter plurima alia hæc habet: Et cui, Papæ, Pontifici Auctores ultra modum in Scriptis suis adhiberi solent, evehentes eum fere supra omnia, quod vocatur Deus. Et inferius: Doctrinam veritatis Probitatem in plerisque eorum desideramus. Et iterum: Quid de Joanna Papissa? Rursus: Deus Bone! in quæ tempora reservastinos? verbo dicam . . . . Christum & Membra ejus pluries crucifixa fuisse per paucos Papas Atheos & Necromanticos, quam unquam per Julianam Apostatam &c. Profecto! tanta præjudiciorum caligine laborat Anglus iste, ut cetera doctus in Articulo de Papa haud procul ab insania ablit. Unicum libet quærere ab hoc Paparum Adversario; quomodo Divina Sapiencia ordinare poterit, ut Fides Christi in omnibus Occidentis Provinciis, præsertim in Anglia, cura singulorum Romanorum Episcoporum, quibus hominibus Anglo nostro Judice, nihil sub sole magis abominabile fuit, prædicaretur, & propagaretur.*

gem, qua cavebatur, ne illi, qui Mili-  
 tiæ nomen dederant, aut ratiociniis ob-  
 fringebantur, vitam Clericalem vel  
 Monasticam amplecterentur. Papa hor-  
 tatur, ut sine examine ad ordinem Cle-  
 ricorum non admittant homines, nego-  
 tiis sæcularibus implicitos, ne deinde sub  
 habitu Ecclesiastico adhuc Sæculo ser-  
 viant. Si Monasteria ingredi voluerint,  
 non prius suscipiantur, quam, quibus  
 oportuerit, rationem rerum gestarum  
 reddiderint. Si Viri Militares ad Insti-  
 tutum Monasticum transire cupiant, sol-  
 licite pensetur, qualis eorum vita fue-  
 rit, antequam admittantur, & secun-  
 dum Regulam per annos tres in veste Sæ-  
 culari probentur. Imperator consentit,  
 ut his conditionibus impletis suscipian-  
 tur. S. Gregorius jam semel ante annos  
 quatuor, ut ipse testatur, hanc Legem  
 ad Episcopos miserat, sed cum postea hu-  
 jus Legis moderamen obtinisset, visum  
 est, eandem ad Episcopos, qui in Occi-  
 dente Imperatori parebant, nempe in  
 Italia, Illyrico, & Sicilia, iterum esse  
 mittendam. Decem Metropolitæ, ad  
 quos eam direxit, fuere sequentes: Eu-  
 sebius Thessalonicensis, Urbicus Dyrra-  
 chensis, Constantius Mediolanensis,  
 Andreas Nicopolitanus, Joannes Corin-  
 thius, Joannes Justinianensis, Joannes  
 Cretensis, Joannes Larissæus, Marina-

Sæculum VI.  
 A.C. 597.

Sup. n. 30.  
 II. ind. II. ep.  
 62.



Sæculum VI. nus Ravennatensis, & Januarius Calari-  
A. C. 597. tanus in Sardinia.

Nov. 5. c. I. Illud, quod hic S. Gregorius præcri-  
Nov. 123. bit, ut Novitii tribus annis probentur,  
c. 35. aliunde in Justiniani Novellis præceptum  
erat, sed tantum temporis S. Papa so-  
lummodo requirebat, si Milites conver-  
terentur, & in susceptione aliorum an-  
nos duos sufficere credebat. Ita enim

III. ep. 23. ipse ad Fortunatum Episcopum Neapoli-  
tanum scribens mentem suam aperit.  
*Omnibus Monasteriorum Præpositis, in-  
quit, stricte prohibebis, ne susceptos No-  
vitios tonsurent, priusquam sub Discipuli-  
na Monastica duobus annis fuerint. Per  
illud temporis spatium sollicite observa-  
dum, qua indole, quibus moribus Ty-  
nes sint, ne quemquam eorum Regula  
gum subiisse sero pæniteat. Si bonum  
famulum ignotum non admittunt, quom-  
to majore cura illi, qui Deo servant,  
eligendi sunt? Si quis ex militia conver-  
ti velit, nobis inconsultis non suscipiatur.*

Id sine dubio ideo dicit, ut Legi Impe-  
ratoris morem gerat. Ceterum præci-  
piebat S. Gregorius, ut omnes, qui mo-  
res suos conversuri venirent, in Spi-  
ritu Charitatis & lenitatis  
reciperentur.



HISTO.